Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ius canonicum - Cod. Ettenheim-Münster 149

[S.l.], 1644-1654

urn:nbn:de:bsz:31-111564

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

E.M. 149

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

EM
149

Sum Monrij D. Ettonis.

Absoluto Libro 2°. rerum ordo exegisset ut aliquid de Contractib. & ultimis voltib. traderemus —

Verum cum iam de Testamentis alibi satis superque dictum & de contractuum natura deinceps adhuc dicendum sit, nos aliquib. in hoc 3. libro Catulis intermissis ad Vrcum progrediemur.

De Sepulturis & Canonica portione.

Tit. XII.

Ut materia in posterum tractanda clarior quam post methodo tradatur, eam per breves qq. tanquam per partes incisas proponemus.

Quaer. 1°. Quisnam sit locus Sepulturae Ecclesiae?

R. Inprimis est Ecclesia, nam ut 13. q. 2. c. 17. dicit: cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in Ecclesia sepelianter, quod eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Dno preces fundunt. Bein Cemeterium, quod dictum est quasi dormitorium, in quo fidelium corpora gesunt. Explerunque est locus angustus ac vicinus Ecclesiae consecratae, authoritate Episcopi, ad sepulturam deputatus, quemadmodum supra dictum est, et Eccles. Edif. omnis coemeterium constitui debet aliquantulum remotum ab Ecclesia propter fetorem, praesert. eorum, qui peste moriuntur.

Notat hic Sa. Sepultura, proprie finem cum alijs, mortale peccatum esse, si quis fidelium corpora sepelire negligat

cum nullus alius adest, q id offm Cpet. qa opa charitis ac misericordiae in casu eiusmodi necessitatis obligatoria fuint, Ita Laim. lib. 2. tr. 3. c. 6.

Quaer. 2°. qb. Eulys Jus sepulturae competat?

Rs. coi jure conuenire solum Eulys, q sunt populus, sive parochialib. Ita Abb. cap. Certificari. de sepult. n. 8. At vero privilegio Papae Jus sepeliendi fideles quaesitum est Religiosis in primis ordinis Praedic. et Minorum. Ut colligitur ex Clem. Indu. de sepult. Ne tamen Religiosi vel Clerici ad sua coemeteria saeculares aliquâ avaritiâ ducti alliciant, illis c. 1. de sepult. in 6. severe prohiberi, ne aliquem ad vovendum vel iurandum inducant, ut apud eorum potius Ecclesiam sepulturam eligat, vel iam electam ulterius immutet, idque sub 4plici poena.

1°. ex communicationis ipso Jure incurrendae, et Papae reservatae, iuxta Clem. Cupientes. de poen. in fine. 2°. ut electio talis sepulturae irrita sit, et corpus defuncti in ea Ecclesia sepeliri debeat, ubi in electa sepultura sepeliendum fuisset. 3°. si Religiosi vel Clerici nullo sepelire praesumpserint, ad restitutionem sepultorum corporum, si petantur, et omnium, quae sepulturae occasione obligati aggrauerunt, obligati existant, iuxta c. cum liberum. de sepult. 4°. si dictum restitutionem intra 10. dies facere recusent, tamdiu eorum Ecclesiae et Coemeteria Eccl.co interdicto subiaceant, donec illam adimpleant, Ita Bon. VIII. quam Const.am explicat Rodrig. Tom. 3. qq. reg. q. 58. a. 7.

Quaer. 3°. An et quis sepulturam extra suam Parochiam eligere sibi possit. Rs. omnes pubes

tam masculi q. feminae, q. liberum arbitrium habent, sepultura eligere possunt. iuxta c. 1. cap. licet. de sepult. in 6. Ab hac assertione

Excipe 1.° Impuberes, qui a patre sepultura deligunt, si quod loci permittat, alioqui cum maioribus suis vel in parochiali Ecclesia sepeliendi sunt;

Excipe 2.° Religiosos, qui cum velle et nolle non habent, neque sepulturae sibi deligendae libertate gaudent, praeterquam si a propriis Monasteriis adeo remoti sint, ut ad ea defunctorum corpora portari commode non possint. Ita cap. ult. de sepult. in 6.

Hac tamen exceptione non comprehenduntur ordinum Praelati, si superiorem in ordine vel monasterio non habent, licet subditi sint Papae, ut gentis Praepositus, vel Abbas exemptus; vel Episcopo, ut Abbas non exemptus, nam hi sepulturam eligere possunt, Ita Abb. in c. de uxore. num. 5. de sepult.

Quaeritur 4.° Si quis nulla electa sepultura decedat, ubi sepeliendus sit?

Rs. 1.° Si quis habet sepulturam maiorum, in eo sepeliendus est. iuxta c. 1. de sepult. vide h. Laim. lib. 3. tr. 5. c. 12. q. 4.

Rs. 2.° Si quis non habet sepulturam maiorum, vel in eo commode sepeliri non possit, sepeliendus est in propria parochia, ubi domicilium habuit, et sacramenta percepit; Ita omnes in c. 2. et 3. de sepult. in 6. Eademque ratio est de scholasticis et similibus personis, qui domicilium habent. Teste Abb. in lit. c. 1. n. 4.

Imperatoris 2.°, si ad propriam parochiam deferri non possint, quod tamen loci observandum est, admonet Sylv. Ex. sepultura q. 8. d. 4.

Rs. 3.° Vxor si sepulturam non elegit, cum marito sepelienda est, non alia loci gratia sit, quod si plures maritos habuit successive, cum vltimo cuius domicilium retinet & honorem, tumulanda est, c. Is qui. S. Vlt. de sepult. in 6.

Rs. 4.° Nouitij religionis, si e vita excedat, siue in monasterio s. extra, v.g. in domo parentum, vbi cum licentia Praelati seruato ritu religioso iusta de causa moratus fuit, sed in monasterio sepelisi debet, sub obligatione soluendi portionem Canonicam parocho. gratia cons. Tandem. quia nouitij gaudent iurib. & priuilegijs ordinis sui.

Rs. 5.° famuli domestici religiosorum mendicantium in eorum Ecclesijs vel Cemeterijs vt parocho inuito sepelisi possunt, si inter septa monasterij collegij &c. moriantur —— Ex priuilegio Papae C. Vt videre est apud Rodriq. ~~Ihu~~ Tom. 2. q. 67. art. 7.

Praeter 5.to quib. sepultura sacra concedenda sit?

Rs. Ex cap. Nullus. 13. q. 2. omnes & soli fideles seu baptizati in loco sacro sepeliendi sunt. Ab hac tamen assertione —

— Excluduntur 1.° heretici, etsi eorum heresis fermum post mortem propalata sit, eorumque receptatores & fautores, iuxta cap. 2. de heret. in 6. & cap. Sane. 24. q. 2. 2.° qui se ipsos occidunt, cap. Placuit. 23. q. 5. qui semel in mano proprio sacerdoti confitetur & Eucharistiae sacramentum in Paschate sumere notorie intermisit, absque causa probabilis excusationis. cap. omnis. de poenit. & remiss.

Item vsurarius manifestus. cap. qua. de vsuris. Manifestus raptor & violator Ecclesiae. cap. 2. de raptorib. Praeterea religiosus manifestus proprietarius. cap. Sup. quodam. de statu monachorum. Si tamen hi, quos numeraui

cum morte

ad mortem Ecclesiae reconciliati sunt, vel si eos signum poenitentiae edidisse saltem unius hominis testimonio probari potest, in loco Sacro sepeliri debent. Ita Sylv. q. 9. dict. 7. 3.° q. in torneamentis, idem, hastiludijs, ex quibus probabile mortis periculum impendet, occubuit, tametsi ad mortem poenitentiam et viaticum accepit, Ita cap. 1. Ver. de Torneam. Idemque sentiendum de ijs, qui in duello succumbunt, secundum Trid. Sess. 25. c. 19. de reform.

4.° Excommunicati non tolerati, et sepultura Ecclesiastica privandi. iuxta cap. Sacris. h. tit. Nam quibuscum viventibus non communicamus, nec defunctis communicare debemus. Sed nec interdicti tempore quis ad sepulturam sacram admittendus est, neque is, qui nominatim interdicto mulctatus est. iuxta c. 1. hoc tit. in Clem.

5.° omnis peccator mortalis ac notorius, si cum absque poenitentia decessisse constet, cap. quibus et seqq. 13. q. 2. c. 2. de furtis. Ut si quis in flagranti facinore occidatur, non praesumitur contritus decessisse, quia mutatio animi est quid facti, quod non praesumitur, sed ostendi debet.

In quibusdam locis ex quaestione vel in criminis poenam et aliorum exemplum ad mortem damnati et poenitentes sacra sepultura privandi. Covarruv. 2. resolut. c. 13. n. 11. Porro si aliquos horum quae SS. Canones in loco Sacro sepultus fuerit, licet exhumari debeat, si ossa eius ab aliorum fidelium corporibus discerni possint, iuxta cap. Sacris. de sepulturis, Ecclesia tamen reconciliandam non est, nisi in ea sepultus fuerit excommunicatus, denunciatus, vel infidelis, quo casu et parietes radi debent, c. Ecclesiam. 2. dist. 1. Sylvest. ex sepultura. q. 9. dict. 12. Ex quo

Deducitur Judaeos Ethnicos non posse sepeliri in loco Sacro, iuxta cap. Ecclesiam. cum seqq. de consecr. dist. 1.

quib. annumerantur infantes morientes ante baptismum.

Sitque prolem in ventre matris mortuam esse, certum sit, vnacum ea defuncta sepeliri debet, qua foetus est pars matris, L. 1. §. 1. ex rescripto. ff. de inspiciendo ventre.

Denique attinet ad portionem Canonicam ea duplex est, vna Episcopalis, quae est certa portio debita Episcopo ex legatis & funeralib. oblationib., quae facta sunt Ecclesiis vel aliis piis locis, intra diœcesin eius sitis, licet alioquin exempta sint, cap. officij. 14. cum seq. de testam. quae portio alicubi est 3tia alicubi 4ta alicubi dimidia, huius vsus in desuetudinem abiisse videtur.

Altera est portio Parochialis, quae Ecclesiae parochiali, in qua aliquis de iure sepeliendus fuisset, debetur ex legatis & oblationib. funeris instar falcidiae detrahenda, factis Ecclesiae illi, in qua sepultura electa est, quae quandoque 3tia quinque 4ta quandoque media, pro loci consuetudine cap. cum super. 8. h. t. c. 1. eod. cap. relatum de testam. vide et Trid. sess. 25. c. 13. de reform.

In legatis tamen pro ornamentis, fabrica, luminarib., 3. 7. 30. sive alias ad perpetuum cultum divinum relictis, cessat detractio Canonicae portionis. Ita cap. finali. de testam. Sylv. xb. Canonica portio. vbi de hac materia fusissime agit.

De Delictis.

Tit. XIII.

Delicti nomine non solum venit admissum dolo malo, sed & damnum culpâ licet levissima datum, vt in L. Aquilia. Instit. de L. Aql.

Oriturque delictum ex ipsa re, id est maleficio. L. 4. in princ. ff. de obligat. & actionib. Cogitatione vero solâ conceptum delictum a iure non coercetur. L. cogitationis. 18. ff. de poenis.

& cap. cogitationis et poenit. d. 1.

Delictorum s. criminum quidam Publica sunt, quidam Privata, Publicorum rursus quidam Capitalia sunt, quidam non Capitalia. Verum haec distinctio magis est Juris Civilis, ut videre est in L. 1. & L. 2. ff. de publicis Judiciis. Quod Jus Can.cum non valde pertinet.

Ex sententia vero Juris Can.ci delicta hoc modo commode dicuntur, quae aut praesentem offendunt Divinam Maiestatem, aut Caesarem s. damnum proximo afferunt. 1.mi generis sunt, Simonia, haeresis, schisma, apostasia, blasphemia, sortilegium. 2.di, homicidium, adulterium, stuprum, raptus, incestus, falsum, furtum, rapina, usura, iniuria; damnum dolo, vel culpa datum. De singulis ex ordine breviter videamus.

De Simonia.

Tit. XIV.

Simonia nil aliud est, quam studiosa voluntas emendi vel vendendi pro temporali aliquo spirituale vel spirituali annexum. Appellata est a. a Simone Mago, qui primus huius detestandi sceleris auctor fuit;

Spirituale est Triplex — 1.mo per essentiam, ut gratia gratum faciens, fides, spes, charitas &c. 2.o per causas, s. causaliter, ut sunt sacramenta: 3.o per effectum s. effective, ut verbum Dei praedicare, miracula efficere &c.

Annexum spirituali est Triplex: 1.o quod antecedit; quale est Jus patronatus, praebendi &c. 2.o quod consequitur id, quod est spirituale: ut est, ius decimas exigendi, quae spirituale ministerium. 3.o quod coniunctum id quod est spirituale, cuiusmodi est labor, opera ministrorum

cum sermonibus conferentium, vel sacrificia offerentium.

Per Venditionem & Emptionem illud quis contractus, quo res spiritualis aut pretio aut re pretio aestimabili compensatur, sive sit munus à manu, ut est non tantum pecunia, sed quilibet munus quod manu exhibetur, sive sit munus ab obsequio, ut servitium aliquod, sive munus à lingua, ut est humana laudatio.

Quaeritur 1.° Quotuplex sit Simonia?

Resp. 1.° esse Triplicem. Alia n. est Mentalis, quae nullo signo exteriori exprimitur, sed tantum mente concipitur. Alia est Conventionalis, quae signis quidem exprimitur, sed reipsa nondum est executioni mandata, saltem ab utraque parte, sed ad dando in posterum tractatus intercessit & quaestio; Alia est realis, cum ex parte dantis & accipientis reipsa completur, hoc est, cum datum est & acceptum ex pacto cum spirituale tam temporale commodum & emolumentum, Ita Azor. Tom. 3. Instit. Moral. Lib. 12. c. 2.

Resp. 2.° Simonia alia prohibita est, quae mala est; alia vero mala, quae prohibita est: Sensus divisionis est: quod alia Simonia sit, quae Juri naturali ac divino repugnat; Alia vero solum quae ex rei natura simonia non est, sed ex Ecclesiae prohibitione. hac ratione solo Jure Ecclesiastico prohibitum est, ne pro sacro oleo vel Chrismate aliquid exigatur. cap. Non satis. de Simonia. Quinis aliqua spectata rei natura simonia cum non sit, materiam rei spiritualis pretio secundum se aestimabilem vendere. Vide Laim. Lib. 4. tr. 10. c. ult. §. 6. n. 26.

Quaeritur 2.° Quomodo in parte committitur Simonia? ex parte obiecti? Resp. 1.° Quia actibus virtutum

ad alterum dilgr. ē Tugend.: q. rōe sint æstimabiles, si n.
eat. sint æstimabiles, quat. ad grām & salutem conciliandam
pertinent, oīo erit simonia illos vendere aut emere, Nam vendi
tunc illi ctlgr. id q. spūle ē. Si v.o actus virtutum sint
temporalis æstimabiles pro aliqua utilitate temporalem, quam affe-
runt, ut sunt actus quidam misericordiæ ad corpus pertinentes, v.g. procu-
rare funus, inserviri ægrotis &c: Sunt quidem eā rōe sine simonia
pro pcio conferri, dummodo nil accipiatur pro spūlte, quam habent, sed pro
temporale commodum quod afferunt, aut quat. habent obligationem, aut
alia onera coniuncta, ita n. non pro actu ipso virtutis pcium acci-
pitur, sed pro aliquo onere cum actu virtutis coniuncto, sic in ingres-
su religionis non pro actu virtutis, quo persona in religiosorum ordine
cooptatur, ut Deo serviat, sed pro onere sustentandi personam, aliquid
interdum in Monialium Cœnobijs accipitur, iuxta Aspor. Instit.
Moral. Tom. 3. lib. 12. c. 16. Similiter sacerdos
pro obligatione faciendi sacrum tali loco & tempore, quat. hæc obli-
gatio eum h. & nunc privat aliarum functionum utilitate & com-
modo, potuisset n. interea sua temporalia commoda alibi pro-
curare. Ita Caiet. verb. Simonia. Imo et ——— quilibet
sacerdos pro labore sacræ actionis intrinsecus coniuncto, ut est labor
consecrandi, baptizandi, & alia sermonia admirandi aliquid accipere
hoc sensu: ——— Non tanquam pro re vendibili, cuius pretij mensura
sit pecunia, hoc n. simonia esset, sed quia ipse labor & actio sacra
est quidem sine qua non esset debitum stipendium; & quia posita, est debitum;
sicut ex iustitia mercenario debetur merces opere præstito, ita
ministro rerum spiritualium debetur stipendium, hoc discrimine, quod
ibi detur merces tanquam æquivalens operi, h. autem detur ut æqui-

valens

valeat ad comparandum opus, sed solum subsidium necessarium ad sustentationem habitum, pro opus spirituale, tanquam ob quodlibet necessariam, Less. dub. 8. et Simonia. num. 54.

Ob. Saepe accidit Ministerium Eccl.cum alium habere, unde vivat, puta ex patrimonio vel redditib. Eccl.cis alias sufficientibus, quo casu recipere aliquid, videtur esse pallium Simoniae;

Confirm. Nam cum DD. stipendium, quod licet accipere, communiter appellent stipendium necessitatis, satis illum Simoniacum esse, si quod ad sustentationem non necessariam accipiatur.

Resp.r Titulum licite recipiendi stipendium per se loquendo, non esse paupertatem, sed officium spirituale populo impertitum. Ex quo oritur in populo obligatio gratitudinis ad referendum gratiam per temporale stipendium, At dubium non est, quin sicut Clericus pauper, ita et Clericus dives possit officium spirituale in populum conferre, quo sicut Clericus pauper potest recipere stipendium temporale, ita et dives, Nam quod aliquis alium habeat necessaria ad vitam, per accidens est, quod attinet ad populum, cui officium spirituale conferatur, quo debet is nihilominus gratiam temporalem referre, iuxta illud Apostoli, Nemo militat suis stipendiis. Ad Confirm. Resp.r Quod Autores appellant stipendium Clericorum, stipendium necessitatis, sensum esse, non quod non liceat id petere, quando aliquis suppetunt necessaria, sed quod non liceat id petere ultra id, quod communiter est sufficiens ad vitam honeste sustentandam, si per accidens aliunde quis habeat necessaria ad vitam sive non.

Resp. 2.o Dare vel accipere aliquid pro omissione actus spiritualis, potest Simonia improprie dictam esse potest, non vero proprie dictam,

Ad huius assertionis illud sciendum est, in duplici casu aliquid dari
pro omissione actus, 1.° quando dari pecunia pro omissione actus spiritualis
mali, v.g. ne quis absolvat aut oligat indignum &c: hoc casu neque si-
monia neque peccatum est. Non simonia, quia nil tunc spirituale emitur,
neque dantibus pecuniam aliquid spirituale accedit; Non peccatum, quia
licitum est deterrere alterum a malo, interposita pecunia, quemadmodum
quocumque alio motivo ex se non illicito. 2.° quando aliquid
dari pro omissione actus spiritualis debiti & in se boni; hoc casu peccatum est,
sed non simonia. 1.m patet, Nam fit tunc iniuria alteri, qui habebat
ius ad illum actum, ut si quis daret pecuniam parocho, ne absolveret
aliquem in necessitate. 2.m probatur, quia nuda omissio actus spiritualis
non est quid sacrum & supernaturale, potest tamen dici simonia improprie, quatenus
tunc pluris videtur fieri pecunia, quam actus spiritualis, quandoquidem ut accipiat
pecuniam, permittit actum spiritualem, quem alioquin esset facturus.

Ad 3.° In antecedentibus annexis spiritualibus hoc observandum est.

1.° Ea quae per se pretio aestimabilia sunt, abstrahendo a consecratione
seu ordine, quem habent ad rem spiritualem, possunt emi & vendi, alia non
possunt. Ita communiter. Vendi possunt imagines, ornamenta, & vasa sa-
cra, quae si profanis vendantur, prius sunt confringenda, secus si Eccl.cis
ad usus sacros. Aliqua tamen huius generis ob peculiare ius positivum
vendi non possunt, ut est officium quodlibet administratoris rerum Eccl.carum oeco-
nomi Eccl.ae, Sacristani &c: Item non possunt vendi ius patronatus,
renunciationes & procurationes beneficiorum &c: Ita cap. Consulere. de simon.
cap. si Epus. 1. q. 1.

Ad 4.° pro onere & labore concomitanter an-
nexo rei spirituali potest accipi pretium, si labor sit tantum accidentaliter annexus
ut est Musicus Cantus in officio divino, qui ex quantitate cum re divina
non amittit valorem; Deinde potest quod est accipi pro adiuncto
damno, aut privatione lucri, nisi positivo iure id spiritualiter prohibeat,

quemadmodum Trid.^m s. 21. c. 1. prohibetur est, ne ab Episcopo ordi-
nante aliquid accipiatur, vel pro ordinatione vel pro dimissoriis, vel pro
cera aut membrana. Verum pro onere et labore in-
trinsece annexo, et per se requisito ad sacras actiones, non licet quid accipere,
v.g. pro actu et labore celebrandi, consecrandi, benedicendi, ita cons.
cum S. Th. 4. dist. 25. q. 3. a. 2. Ratio est, quia labor iste ab-
strahendo ab ordine ad rem spiritualem non est pretio aestimabilis, quinimo
non victuram impossibile, et posse quid accipi pro tali labore ut oneroso,
ut sentiunt cum S. Bonav. Cardinalis. et ut h. ij. insinuatur.

Rs. 5.º beneficia vendere absque simonia, jure naturae
prohibetur, pro clariori illa huius doctrinae —

Not.^m Tria posse considerari circa beneficium Eccl.^cum.

1.^m est titulus ipse, quo beneficium habetur, hoc est, dignitas seu officium, quo
Eccl.^ca persona destinatur ad aliquem spiritualem ministerium, cuiusmodi est dig-
nitas presbyteralis, parochialis, episcopalis &c: 2.^m est jus
seu facultas, quam habet pro tali ministerio, ad recipiendos fructus ex
reb. Ecclesiae. 3.^m sunt ipsi fructus, qui recipiuntur, hoc posito —

Tria certa sunt in hoc praecepto. 1.º certum est, ipsum titulum
seu officium spirituale esse ipso jure naturae invendibile, nam per se est quid
spirituale. 2.º certum est fructus ipsos posse vendi, iure naturae et
positivo. 3.º certum est, posse locari jus recipiendi fructus absque vitio
simoniae, sic n. non commutatur pro pretio ipsum spirituale, seu directum re-
cipiendi fructus, manet n. hoc nihilominus apud beneficiarium, sed tantum
vendit 2.^arium quoddam jus, seu utile. Ita Navar. c. 27. n. 149.

Prohibetur tamen locatio in perpetuum, et quae alibi. Hoc Tria inquam
certa sunt, 4.^m est controversa, utr. scil. jus seu facultas re-
cipiendi fructus possit vendi ex natura rei absque simonia, jus inquam
spirituale et fructus nomine beneficii Eccl.^ci significati, ut quidem glos. in
cap. ex parte. de off. deleg. utrio Turrecran: c. 1. de simonia

pertinent omnia beneficia Eccl.ca pro venditione aestimatione rei, tantumque
ad praestitum [illegible] dispositione, atque adeo Papam possit vendere quaeque
beneficia. Ratio est quia ille, qui quamque aliquid abstrahendo a spirituali
sive ab ordine quod est adnexum, valet ad aliquas res temporales
aestimabiles, potest sine [illegible] illam si abstractam vendi pro
natura rei absque Simonia, sed pro recip. fructus ex titulo spirituali
abstrahendo ab ordine quod est ad talem titulum, valet ad mul-
tas res temporales aestimabiles. Verum contra est Simonia.

Neg.na fundamentum eius est quod beneficium debetur propter officium titulum
[illegible] spiritualem [illegible], atque ita est annexum spirituali, quoque videtur dependere,
quoniam officium est spirituale ita [illegible], quod vendi non potest. Confirm. ex
doctrina Cardinalis, c. si quis obiecerit. 1. q. 3. ubi inquit, quod vendere
[illegible] alterum [illegible], quod vendit alterum, non vendit [illegible] relinquit,
quod [illegible]. [illegible] beneficia vendit &c. ~~[illegible]~~

Ad contrarium fundamentum Resp. si ille esset firma, sequitur
non esse simoniam absque simonia posse vendi officia spiritualia. Item ordi-
nes sacros, sacramenta, dignitates &c: quae habent hoc [illegible]
abstrahendo a spirituali, quia valent ad varias commoditates tempo-
rales, et ad [illegible], honorem [illegible] sustentandum &c: Verum illud
quod in Maiore [illegible], minime ad licitam rei venditionem sufficit, [illegible]
[illegible] res potest complete aestimari [illegible] abstrahendo a spirituali
atque ius recip.di fructus cum [illegible] sit [illegible], [illegible]
[illegible] in [illegible] officii, [illegible] perfecte [illegible] aestima-
[illegible] abstrahendo a titulo spirituali, sicut est in aliis, et in calice
[illegible], [illegible] non temporaliter aestimari ac vendi potest.

Resp. [illegible] absque simonia [illegible] spirituali [illegible]
[illegible] si in [illegible] temporale, quod si [illegible]
[illegible] [illegible] punct. 3. [illegible]

monia licet tibi orare, sacrificare &c: pro alio, ut vicissim
pro te oret &c:

Quaer. 3.° Quomodo committatur simonia ex parte
ipsius commutationis?

Resp. 1.° Non quomodocunque accipere temporale pro spirituali
est simonia, vel econtra, nisi quando temporale accipitur ut pretium
spiritualis, vel contra, ut si spirituale commutetur pro temporali, tanquam
pro re aequali, et per modum contractus iustitiae, secundum pravam aestimationem
commutantis. Secus si detur spirituale pro temporali vel eo solum tanquam
ob motivum, quo alter inciteretur aut provocaretur ad dandum temporale
vel spirituale, vel si detur tantum ex gratitudine, seu per modum gratuitae com-
pensationis, tunc non est simonia, saltem in foro conscientiae.

Nec refert, etsi temporale sit principale motivum dandi
spirituale, modo non sit finis ipsius rei spiritualis, ita ut pluris aestimetur
quam res spiritualis, nam dupliciter potest quis conferre spirituale pro temporale principale,

Uno modo ita: ut temporale sit finis tantum ipsius conferentis,
sed voluntas ipsius et applicationis animi ad actum conferendi spirituale,
et sic non est simonia. Altero modo ita: ut temporale sit
apud eum finis, non modo voluntas et applicationis animi, ad actum con-
ferendi spiritualia, sed etiam ipsius rei spiritualis, si nim. illud temporale aesti-
met pluris quam actum conferendi, et tunc spirituale, sed etiam quam ipsum spirituale quod
conferit; et tunc omnino talis committit simoniam, nam eo ipso quod aesti-
met temporale pluris quam spirituale aestimat etiam illud tanti, quanti
spirituale, et consequenter spirituale pro temporali, tanquam pro pretio venditur,
in quo consistit perversitas simoniae. Ita Less. et Val. hinc

Colligitur 1.° Non est simonia, quando sacerdotes
pro missis accipiunt pecuniam, accipiunt non pro ipsis quam

sunt tamen ex gratiae, ex iniuria V.o, quae eadem ex officio obligatione quadam onerosa sunt, non ut iis debeatur pecunia, tanquam aequalem rei quae pro labore actioni sacrae intrinseco, sed pro oneribus et laboribus extrinsecus coniunctis, vel certe ut debitum stipendium temporale, pro officio spirituali, ad modum ipsi explicatum.

Colligitur 2.o Non esse simoniam si quis obsequium aut aliquid aliud temporale Episcopo impendat, spe consequendi ab illo aliquod beneficium spirituale, titulo gratuitum, et sic in aliis.

Resp. 2.o Non esse simoniam pro aliquid temporale redimere vexationem, quae quis inique impeditur a consecutione beneficii aut alterius rei spiritualis, v.g. licet imperbollerico dare pecuniam, quando non pro pecunia vult baptizare, modo id quod dari, non dari ut quid, et nobilis causa subsistit, nim. necessitas vel notabilis utilitas, etsi alter pecuniae accipiendo. Ita communiter.

Inter 4.to quae sint poenae simoniacis constitutae!

Resp. 1.o per simoniam realem et completam in ordine admissam incurritur in primis excommunicatio Papae reservata, tam ab ordinante quam ab ordinato. Ita in extrav. 2. de simon.

Quem ordinans simoniace incurrit suspensionem iuris a collatione omnium ordinum, atque adeo ipsius tonsurae, et ab executione omnium munerum pontificalium; Ita dicitur intelligit illi impressum Eulicae et reservatum Lae censurae Sedi Apl.cae, tametsi simonia occulta sit. Ita Bulla Sixti V. edita quae male promovetur. Ordinatus vero simoniace incurrit suspensionem ab ordinibus, non tamen quos simoniace suscepit, sed ab omnibus simpliciter de extrav. 2. de simon.

Porro

Porro si ignorante eo, qui ordinatus est alius pretium simoniacè obtulit, nulla censura suspensionis incurrit vitio ab eo qui ignoravit, vel culpa caruit. c. de simoniacis. ex. h. t.

Eandem excommunicationem ipso facto incurrit mediator seu procurator pecuniam offerens, vel alter ad ordinem vel beneficium Eccl.cum admittatur, secuta ordinatione vel promotione aut collatione. ita cit. Extrav. &c.

R. V. Simoniam realem completam in beneficijs commissam excommunicationem sedi Apl.cae reservatam incurrit, qui eligendo, presentando, instituendo ad beneficium Eccl.cum simoniam commiserit, deinde omnis simoniacè facta electio, presentatio, confirmatio, collatio, aut quaevis alia dispositio ad officium Eccl.cum aut beneficium ipso jure irrita est, nec promissos fructus suos facit, sed ad eorum omnium restitutionem sub acta sua periculo adstrictus est, ita habetur in cit. c. Extrav. 2. vin. c. Matthaeus. de simon. Item ——— simoniacè electus vel promissus inhabilis fit, quo minus per dispensationem Epi idem beneficium consequi possit, c. nobis fuit. de simonia. c. penult. de elect.

Porro ex citatis juribus &c. cap. sicut tuis. de simon. constat irritam esse electionem, confirmationem, institutionem, quae simoniacè facta fuit quamvis ignorante electo, confirmato. &c.

Sicuti

Limita nisi aliqs in fraudem eligendi aut instituendi ipso ignorante pecuniam elargiaru, (*ut eund. ad bnfm inhabilem reddat, Nam talis fraus hoi malitioso gtra inocentem prodesse n debet. c. nobis fuit. & c. sicut. de simonia. Restant duo dubia —

1.m Utr. bnfm simoniace obtinens privetur et suis bnficijs, antea legitime obtentis?

Rs. Talem causa cognita privandum ac deponendum esse p iudicis sniam, si simonia p culpam eius commissa sit. colligitur ex. c. presbyter. 1. q. 4. cap. sicut simoniaca. c. de hoc. de simonia. Ante latam vero sniam simoniacus pt in consciae foro bnficia an legitime obtenta ac possessa retinere, & fructus percipere, Ita Angolin. de simon.

2.m Utr. simoniacus in bnficio ipso iure inhabilis sit et ad alia bnficia obtinenda?

Rs. pbliorem esse affirm.m pp Bullam Pij. V. q incipit. Cum primum. Vide 5.a in Bullario. Sz Bulla ista quoad oia videtur a paucis recepta, atq hec breviter de simonia.

Dehoret.

De Hæreticis, Schismaticis, & Apostatis.

Tit. XV.

Hæretici sunt qui eligunt, & pertinaciter defendunt doctrinam singularem & alienam à sensu Catholicæ Ecclesiæ ita c. hæresis. 24. q. 3. c. qui in Ecclesia ead.

Notandum dixi (pertinaciter.) Nam qui ignorat, suam opinionem Ecclesiæ adversari, quantumvis crassa sit ignorantia, & à peccato mortali adversus fidem non excuset, proprie tamen hæreticus non est, neque Ecclesiasticis hæreticorum poenis subiectus. Addunt aliqui etiam ignorantiam affectatam ob dispendii tædium, vel similem causam ab hæresi excusare, secus si ideo quis res fidei ab Ecclesia propositas ignorare affectet, quia proponentis Ecclesiæ authorem minoris æstimat, ideoque minus recte ad eam affectus est, ratio prioris est, quia quidni aliquis erga Catholicam Ecclesiam bene affectus est, agnoscens in ea infallibilem authorem, res fidei proponendi, paratus ab ea corrigi, tamdiu non est pertinax Ecclesiæ, quia ex ignorantia crassa, vel etiam affectata propter ingerendi tædium &c: errorem aliquem in fide teneret, cum statim Ecclesiæ, si [illegible] Ecclesiæ

Catholicæ

Catholicae repugnantem esse, talis erga Ecclesiae authem bene affectus est, consequenter non est pertinax neque haereticus. Unde quia sancta Lutheri, Calvini etc: quam professi sunt, recedere volunt, si examinati invincibili vel saltem moraliter non culpabili ignorantia laborasse videantur, id post sufficientem instructionem, editam quoque, si id fieri possit, coram testib. fidei professionem a locorum parochis absolvi possunt, non quod aliquarum Ecclesiarum consilio exigit, ut tales sint maiores haeretici ad eos mittantur, quod absolvendi habent potestatem ab haeresi, vid. Laim. lib. 2. tr. 1. c. 13. n. 2. et 4.

Quaeres hic. Ut. vere et perfecte haereticus sit, quod de articulo aliquo fidei, quem scit ab utili Ecclesia propositum, aut definitum esse, deliberate dubitat?

Rs. Affirmative. Nam ut dicitur in cap. 1. de haeret. dubius in fide infidelis est, et consequenter haereticus, si homo baptizatus sit, et de articulo ab Ecclesia proposito dubitet, ratio est, quoniam fidei aliquem articulum, quem ab Ecclesia receptum et fidelib. propositum scit, incertum esse iudicat, is vere ac perfecte haereticus est, sed quoniam de eiusmodi fidei articulo deliberate dubitat, is seu explicite seu implicite iudicat eum incertum esse, ergo vere et perfecte haereticus est.

Obiic. haeresis est error, adeoque assensus falsus, quod fidem cum pertinacia inactus, dubitans a. nec assensum nec dissensum habet, ergo quod in fide dubitat, haereticus non est.

Rs. Illum vere et proprie dubitantem non mere negative se habere, quia ideo proprio sibi obiecto assensum negat, quod ipsi incertum appareat, ideoque seu expresse seu implicite de eius incertitudine iudicat;

Quod iam Apostatas attinet Scien. dum est, Apostasiam esse Spiritum, iuxta gl. in c. 1. de Apostat.

1.a est à fide. 2.a ab obedientia. 3.a ab ordine sacro vel religione.

Apostasia à religione est criminosa, & mortifera recessio à religiosi ordinis instituto, sub reverendi proposito.

Dicitur (criminosa & mortifera) nam apostata non est, qui cum licentia prelati egreditur, vel ordinis observantia liberatur; vel quia Can. ad Epistolam Vigilantem transfert, iuxta Clem. c. de elect.

Addit (sub reverendi proposito) si non reverendi animum retineat, vagaturus ad tempus, fugitivus censendus est, atque etiam excommunicatus, si habitum penitus abiecerit. c. 2. de Cleric. vel Monach. in 6.

Porro ad apostasiae crimen hoc nihil refert, utrum quis habitum religiosum abiiciat, necne, quare si quis religiosus sub prelati legitima facultate, habitu reverendi proposito in saeculo vagetur, habitum religiosum retinens, verus apostata censetur, ita ut qui eum recipit, occultat vel defendit, excommunicationem latae sententiae incurrat, iuxta privil. ord. regular. de quib. Sanct. lib. 6. Moral. c. 8. q. 3.

Apostasia à sacro ordine est, cum quis à professione, statu clericali, quem in manu Epi edito et obedientiae voto assumpserat, in statum coniugii vel laicae quaestionis dimisso suo habitu propria temeritate se transfert. cap. ult. de vit. & honest. Cler. Talis ipso iure infamis est, Can. beatus. 3. q. 4. & si monitus se non correxerit, deponendus est, Can. praecipimus. 21. q. 4.

Porro qui minoribus sacris ordinibus initiati sunt, libera ad nuptias vel statum laicorum transeundi facultatem habent, dummodo si quis obtinent Eccl.ca beneficia derelinquant, c. Joannes de Cler. coniugat.

Apostasia ab obedientia si latè accipiatur, in omni peccato mortali reperitur, teste Sylv. n. 3. Arictius V. cum quis iustis praeceptis Platonis suorum se opponit, obedire penitus recusans, cuius praecipua species est schisma, ut infra.

Apostasia à Fide, (quae omnium gravissima est.) duplex considerari potest 1.° secundum ordinem à termino A quo, quatenus est discessus à vera fide, et sic differt à haeresi, tanquam maius à minore, extensius à minus extenso. Nam Apostata dicitur, qui Christum et fidem Christianam, quam suscepit, penitus abnegat: haereticus V.° non omnino, sed secundum unum aut aliquos articulos, quamobrem omnes poenae, quae in iure haereticis decretae reperiuntur, et ab Apostatis gerunt, non a. vice versa, sicut docent Canonistae, in c. 1. de Apostat. Sylv. ab Apostasia. n. 2.

2.° considerari potest apostasia secundum ordinem ad quem, quae non spectat ad Iudaismum, vel paganismum, vel Atheismum, quae spe indifferentes infidelitatem sunt, ideoque haud dubie à redeuntib. ad Ecclesiam in formali confessione explicandae.

Poenae Apostatis et haereticis Canonicae iure decretae sunt haec: 1.a est excommunicatio maior; quae habetur in c. ad abolendam, c. excommunicamus 1. de haereti. in 6. Eaque nunc Summo Pont. reservatur in Bulla Coenae Domini.

Not.m hic. 4 Auctor gradiores reperi, ad hanc excommunicationem incurrendam 1.a est, ut aliquis sit verus et formalis haereticus, non materialis sed obtinere tantum, id est, qui propositionem fidei Catholicae adversantem ex invincibili ignorantia defendat, vel ex vincibili, sed non pertinaciter, quippe animo paratus illam deponere, cum primum Catholicae Ecclesiae

cuius infallibilem authorem agnoscit, adversarii [illegible] erit,
talis n. sicuti vere haereticus non est, ita neque excommunicatus.

2.° Regula, ut aliquis haeresin animo conceptam exterius sufficeret, nam haeretici purissimi mentales, id est, qui haeresin nullo extrinseco actu sufficienter sufficiente exprimunt, excommunicati non sunt, quare a quovis exposito professorio absolvi possunt.

3.a est quod, ut actus extrinsecus, quo haeresis intrinseca sufficienter exprimitur, mortalem malam sit, Bec. c. 15. q. 1. n. 8. quapropter excommunicatus non est, qui haeresin animo conceptam alteri manifestat, quod sibi vel instructionis cap. causa [illegible] Azor. q. 5.

4.a est, ut aliquis haeresin suam exterius manifestet, animo eam asserendi vel profitendi, iuxta cit. Azor. Tom. 1. lib. 8. c. 10. q. 7. Ex quo resolvitur quaestio, utrum excommunicationem incurrat, qui Calvini haeresin animo occulte fovens, idcirco a Missae sacrificio vel sacra synaxi abstinet, aut coram SS. venerabili genu non flectit, caput non detrahat &c.

Resp. ex Azor. cit. lib. c. 9. q. ult. si attentis circumstantiis personae, loci, temporis, talis omissio censeri possit virtualis professio sectae haeretic.ae, excommunicationem incurrit. Secus si tales circumstantiae adsint, ut huiusmodi omissio ablivioni, aut alteri iustae excusationi probabiliter adscribi possit, licet reipsa ex animo proficiscatur. Ex quo

haeretico

Deducitur, quod comedere carnes die interdicto per circumstantias loci, temporis, &c. determinari possit ad haereticae sectae professionem. Vide plura in Paulo Laim. lib. 2. Tract. 1. c. 14. n. 4.

2.a poena est irregularitas, sicuti colligitur ex c. salubrium. c. commerciis. 1. q. 7.

3.a est juris infamia, c. 2. §. haeretici. &c. ut commissi. §. privandi. de haeret. in 6. quae poena extenditur ad eorum filios usque ad 2.am generationem, ex linea paterna, et usque ad lineam 1.am in linea materna, c. statutum. eod. in 6. Item ad haereticorum fautores, ita cit. §. haeretici. c. 2.

4.a est confiscatio omnium bonorum a die commissi criminis. c. cum sim. in 6. bona haereticorum ipso jure decernimus confiscata.

5.a haeretici eorumque fautores, si per annum in excommunicatione insordescant, fuerint intestabiles, ut neque testandi liberam facultatem habeant, neque ad haereditatis successionem admittantur, sicuti habetur in c. excommunicamus. §. credentes. de haeret. Opus est tamen hic sententia criminis declaratoria.

6.a est privatio patriae potestatis in liberos, et cum sententiam judicis declaratoria criminis; juxta c. 2. §. vel. de haeret. in 6. quae vero et servi aliique subditi personali obligatione solvuntur, c. vel. de haeret. Sed haec valide huiusmodi poenae locum non habent in imperio in Lutheranis Confessionistis, qui licet ab Ecclesia Rom. recesserint, tamen ob foedus cum illis initum, sanctum Pontifice permittente et tacite consentiente liberos suos in potestate retinent, aliisque juribus et immunitatibus civilibus, non item Ecclesiasticis unacum Catholicis pacifice gaudent.

7.a est privatio Ecclesiasticorum beneficiorum ac dignitatum, item publicorum officiorum, cit. c. ut commissi. §. privandi. h. t. in 6. quae poena privationis ipso jure incurritur, sicut coniuges sententiam.

Civilis a. Poena in haereticos et haeresin abiu-

rare volentes aut relapsos iuste decerni solita, est mortis supplicium, ut videre licet, in Cod. Theodosiano. L. 56. de haeret. qua haeresis est crimen perturbans reipubl. pacem et tranquillitatem non minus quam furtum et homicidium, sicuti fuse ostendit Bec. c. 15. q. 6. et Laim. Tob. 2. tr. 1. c. 15. n. 4. per totum. Haec de apostatis et haereticis — nunc aliquid de schismaticis.

Schismatici vero a schismate, id est a scissura dicuntur, quia ab unitate Ecclesiae Catholicae, quae est in Rom. Pont. tanquam in capite, se praescindunt, c. schisma. 24. q. 1. c. 3. d. 21.

Duplex est modus schismatis, teste S. Th. q. 39. a. 1.

1mus est, cum aliquis se separat ab Ecclesiae capite visibili seu Summo Pont. debitam ei obedientiam ac subiectionem, quae talis est, denegando, ita Azor. Tom. 1. lib. 8. c. 20. q. 4.

2us est, cum quis se separat a religiosis Ecclesiae membris, sive fidelib. in religionis cultu, oratione, scientiis &c: atque seorsum per se vel cum aliis agit, tanquam Ecclesiae membrum non sit;

Iterum dividitur schisma in purum et iunctum cum haeresi. Purum charitati solum atque charitati oppositum in iis est, qui cum credant unam esse sanctam Ecclesiam sub visibili capite Summo Pont. constitutam, tamen ex malitia voluntatis nolunt Summo Pontifici subiecti, vel religiosis Ecclesiae membris uniti esse;

Schisma cum haeresi iunctum est, si aliquis pertinaci animo negat, Summum Pont. totius Ecclesiae caput et pastorem esse, vel Ecclesiae sanctae communionem, atque ob eam causam se segregat

Ex his Deducitur, quod sicuti mente fide ruit et Charitas, non vice versa, ita haeresis secum ducit schisma, non vice versa. Ergo omnis haereticus verus ac fidelis schismaticus est, non item omnis verus schismaticus haereticus est, Ergo tamen in via ac dispositione ad haeresin, quamquam schismatici non diu puri manent, sed non resipiscant, in haeresin cadere solent, Ita S. Antoninus p. 2. tit. 3. c. 11. §. 1. Eiusque rei exempla habemus in Graecis Glossib. aliis.

Poenae schismaticorum sunt excommunicatio Bullaris, quae tamen non extenditur ad eorum fautores, receptatores &c: sicuti ea, quae haereticos decreta est; Item inhabilitas ad Eccl.ca beneficia, quin et post schismatis abiurationem actamque poenitentiam sine dispensatione admitti non potest, colligitur ex cap. qua diligentia. de elect. c. 1. & 2. de schismat.

De Sortilegis, blasphemis, & sacrilegis, Tit. XVI.

§. 1.

De Sortilegis.

Sortilegi dicuntur, qui id, quod occultum est, eventu alicuius rei exspiscantur, veluti et, exempli gratia, qui ad deprehendendum furem, vel ad praecognoscendum id, quod futurum suspicantur, codicem, tabulam, astrolabium, vel aliud quod movent, aut inspiciunt. c. 1. c. 2. de sortilegis. Haec n. cum daemonis conspiratione aut tacita eius imploratione

exercerisoleant, nectè improbarum à SS. Canonibus, iuxta illud Pauli. 1. ad Cor. 10. Nolo a. vos socios fieri dæmoniorum, ~~fa~~ Sciendum a. est, Triplex esse sortium genus, iuxta S. Th. 2. 2. q. 95. a. 8. aliæ n. sortes vocantur Divinatoriæ, quibus futurum [illegible], ut sciant quid sit cuique tribuendum, His futurum in controversijs & litib. dirimendis: In hæreditib. possessib. & futuris contrib. dividendis &c: Hoc genus sortium nec Iure Naturali nec Civili est interdictum, quod planè colligitur ex l. si cum ambo. ff. de Iudicijs. At vero in electib. Eccl.cis ad dignitates, officia beneficia &c: sortes Iure Can.co prohiberi, in c. ~~fa~~ Eccl.ia de sortilegijs in fine. Cum ne in aptis & minus idoneis cæca sorte eligatur. Cum ne sors, (quæ cæca est.) in Eccl.ijs locum hæreditarum; Sed in electib. ad dignitates, & admiraciones Civiles sors non prohiberi, neque in Iudicijs Civilib. neque in litib. de causis Clericorum, ad temporalia pertinentib. est interdicta, ut ait Abb. c. Eccl.ia de sortilegijs. *

Sortes prohiberi Iure Can.co quare?

Aliæ item sortes tenent Consultoriæ, quibus dicta voluntas exquirit, quid sit fundum, vel omittendum, quo sortium genere usi sunt Apostoli Act. 1. cum S. Matthiam elegerunt; Iosue 7. indicio sortium punitum Achan. In his sortib. non semper fictum admittitur, ut statim dicam.

Aliæ sortes Divinatoriæ &c, quibus aliquid futurum, ut sciant futura occulta, quod tabula, tessera, tugilli, Chartæ &c: modo sic, non alii decidant, & hæc Iure Can.co prohiberi

bernū. In sortib. et divisoriis peccatum est, si quis eis utatur, ac si fortunae vel stellarum vi dirigantur; In consultoriis primum lethale est, si per sortes a daemone expectentur eventus, si consilium a daemone per sortes quaeratur; Item in ijsd. 4 triplici peccare quis potest, et quando per sortes Deus ipse consulitur;

1.° si absque ulla prorsus necessitate sortib. utatur, hoc n. est Deum tentare. 2.° si absque debito cultu et honore Dei ad sortes generat, et ideo Apostoli ad eligendum aliquem in locum Judae fratres quocarunt, et preces ad ipsum Deum fuderunt; 3.° si divina oracula ad futiles et vanas res, vel ad terrena negotia adhibeantur. 4.° si in electionib. Eccl.cis quis sortib. eventum committat. haec ex S. Th.

§. V.us

De Blasphemia.

Blasphemia proprie idem est quod maledictio, seu contumeliosa locutio in Deum. Potest a. ista locutio vel esse interior, et sic erit blasphemia cordis, vel exterior ubi expressa aut scriptis, et erit blasphemia oris, — potest item fieri vel alio actu externo, v. g. in caelum expuendo, frendendo &c: et hanc alij vocant blasphemiam operis, sed improprie; est n. blasphemia proprie iniuria verborum, non factorum. Hinc

Collige blasphemiam directe et proprie opponi laudi Dei et consequenter religioni quae Deum habet, quemadmodum n. laus Dei duplex est, una interna et altera externa; ita et blasphemia.

Oritur blasphemia ex 4plici causa, — 1° ex in-
fidelitate, et tunc dicta Christiane, et fidei et religionis virtutis
repugnat, ut cum haereticus, qui sic sentit, dicit, Deum esse auctorem peccati,
quod si non ita quidem sentiret, et tamen contra Deum vel religionem Ca-
tholicam negaret, ultra blasphemiam nihilominus adhuc peccaret,
quia deficit in externa fidei professione, quae est praecepta est. 2°
oritur ex desperatione, nam desperabundi persuadent sibi Deum non velle
aut non posse eorum misereri, ita duplici peccato sese commaculant,
uno desperatio quae spem de bonitate Dei, altero blasphemiae. 3°
oritur ex odio Dei, quia proximus est, utque quis odit, eidem male-
dicat, sed talis simul quoque dictas virtutes, spei et charitatis, et religi-
onis peccare potest. Denique oritur ex tentatione Dei,
ea scilicet quae ex infidelitate seu dubitatione de dicta potentia emergit,
psal. 77. Et male locuti sunt de Deo, dixerunt, Nunquid poterit
Deus parare mensam in deserto:.

Dividitur 1° blasphemia, quae alia sit cum directa in-
tentione inhonorandi Deum, quae est gravissima inter omnia, quae religioni oppo-
nuntur, peccatum, quia factum intendit malum Dei. Alia 2° est,
quae fit cum virtuali seu indirecta intentione, ut si quis serio vel scientem
ex ira vel impatientia in hominem aut aliam creaturam proferat verba
convitiativa Dei aut Sanctorum, non tamen eo convitiandi, huiusmodi
sunt (: Das dich Zottes schünd, Zottes Creutz, Zottes Taufschünd :)
Utrumque et sit gravius peccatum caeteris peccatis religioni oppositis, est tamen
peccatum mortale satis magnum, quia gravissimum cedit honorem divinum,
saepe tamen homines huiusmodi verba blasphemia proferunt inanimaduerterum

ac maiorem tum, ut attendentes quod sequuntur, v.g. ex passione aliqua, et habita indignatione, sive ex prava quaestione linguae quaerente mentem, et tunc excusantur a gravitate peccati mortalis, propter imperfectionem cognitionis et voluntatis, modo interim conentur istam pravam constitutionem deponere, quam sub mortali tenerentur extirpare, et operam dare ne in huiusmodi actus et mortalium culpabiles prorumpant, quia sunt honori divino iniuriosi, quibus adde —— non esse proprie blasphemiam in ira vel rixa cum aliquo enunciare aliquid de Deo explicite vel implicite, quod verum est, v.g. (: bonus Crucis bonus Progetto.) si affectus indignationis non tendat quod Deum, sed tantum quod hominem vel inmentum, cui aliquis irascitur, quod ex ipso modo dandi vel aliis circumstantiis illegitimum est, quo casu erit tantum veniale secundum communiorem, Ita Laim. lib. 4. tr. 10. c. 6. n. 7. et 8.

Dividitur 2° In haereticalem et simplicem;

3° Dividitur ex parte Modi, quod alia sit Enunciativa, alia imprecativa, alia dehonestativa;; Enunciativa est affirmando, vel negando. Idque 3 Ptes. 1° cum Deo aliquid tribuitur, quod eius excellentiae non congruit, ut si dicatur auctor malorum, iniustus, crudelis &c: 2° cum negatur id quod ei competit, ut cum negatur Trinitas personarum, esse ubique &c: 3° cum negatur est praedicta per modum iuramenti ut si dicas, dispereat Deus, Deus non sit iustus, si hoc vel illud non sit verum, ubi non tam adducitur Deus in testem, quam negatur existere iustus esse, nisi quod dicitur, sit verum. Qua in re est maxima iniuria, quod ex tam vili causa homo tam indigne de Deo loquatur, et paratus sit illi tantam contumeliam absolute inferre;

Imprecativa blasphemia est, cum quis optat seu imprecatur Deo malum, talis est blasphemia horum abiectorum;

Dehonest.ua est cum quis membra Christi vel SS. in terre vel inhonestè notat. Caiet. in Sum. Reb. blasphemia.

Dividitur 4.o ex parte termini, & sic alia est immediate in Deum, alia v.o immediate in Sanctos, vel in Creaturam, ut ad Deum pertinet, immediate v.o in Deum — Pro q.

Not.m Maledictionem in SS. duplici modo illegi. 1.o ut ea iactatur in Sanctos, quat. Sancti sunt, sive cum Rectore ad Deum, & ita est pura blasphemia eiusd. speciei cum ea, quae fertur est in Deum; quia eand. malitiae rationem gerunt, videl. dei honoris immunitatem. 2.o ut ea iactatur in eos, quat. hominis quidem in terra fuerunt, ut si quis ex contemptu, v.g. Sancti prophetae Elysaeum nomine Calvum, etsi n. tunc mortale peccatum sit, quia Iuliam & observantiam Sanctorum, quae serio ex ira & indignatione dicuntur, non tamen sunt blasphemiae; quod si ex ioco tantum efferantur, veniale non excedunt, ob materiae parvitatem; Ita Ban. q. 13. n. 2.

Pari modo cum quis maledicit creaturae, non est blasphemia, si id fiat absque respectu ad Deum, Quod non est p.m. si absit iniuria alterius, id est, si maledicta non proferantur, cum filii in ratione nocendi hominis. aut in se aut in suis rebus, sed tantum ex subita ira vindicante. Si v.o id in ordine ad Deum, quat. est res Dei, (quae raro fieri videtur.) sic est blasphemia in Deum, Nam est ipsi Deo praeari malum in suis bonis externis, ut cum quis maledicit reb. sui inimici, inimico quoque malum implorat.

Quaeres hic, quib. poenis Canones vel Leges afficiant eos, qui se blasphemiae scelere contaminant?

Rs. 1.o blasphemi in veteri Lege lapidabantur, Levit. 24. qui blasphemaverit nomen Dni, Morte moriatur, lapidib. obruet eum omnis multitudo &c:

Rs. 2.o In Auth.ca ut non luxurierent hominis. constituit Epus

Imperatores ut blasphemi ultimis suppliciis puniantur, at haec mortis poena iam quotidie sublata esse videtur, teste Julio Claro, lib. 5. sentent. Tho blasph. n. 3. cum communi Juris Civilis intentum opinione.

Ad 3.o Pare V. Can.co grav.mae poenae in blasphemos sunt constitutae c. Statutum, et Malef. Statutum est, ut 7. dieb. Dnus Praeposit. Ecclesiae palam, dum aquarum Missarum solemnia, exstat, et ultimo die Dnus pallium et calceamenta non habet, ligatus corrigia circa collum, et sextis quibusque Feriis intra illud tempus contentus pane et aqua ieiunet, arceaturque ab Ecclesiae ingressu, et tres si poterit alioqui duos pauperes reficiat aut unum illis diebus; quod si adhuc eid. facultates non suppetunt, in aliam poenam committitur. Sed hae poenae in desuetudinem abierunt, ut primo Ord.rio concessum sit, eiusmodi blasphemos arbitraria poena afficere, Vidatur Azor. Tom. 1. Lib. 9. c. 28. q. 6.

§. 3.tius

De Sacrilegis.

Sacrilegium idem est, quod rei sacrae furtum, Dr. n. sacrilegus, quasi sacrum legens. Ita in L. sacrilegii. ff. ad L. Juliam peculatus. Hinc V.o extensa fuit significatio vocis, ut comprehendat omnem violationem seu irreverentiam, id est, Deo dicatae, — Nam ex eo, quod deputatur aliquid ad cultum Dei, efficitur aliquo modo divinum, quamobrem ei reverentia debetur, quae redundat in Deum, adeoque et irreverentia seu indigna tractatio rerum sacrarum ad iniuriam Dei spectat.

Porro 3. sunt sacrilegii species. 1.a quae violatur persona sacra, quae fit — 1.o cum Clericus ad tribunal saeculare iniuriose trahitur et percutitur. 2.o si persona voto Castitatis obstricta polluitur, vel alias turpiter et morose delectatur. 3.o dum a Clericis exiguntur tributa et gabellae contra immunitatem Eccl.cam 4.o

dum persona

Dum persona quilibet votum personale aut iuramentum violat.

2a. species est violatio rei sacrae prout Lugo in persona & loco: Inprimis v. Notandum hic est, rem sacram proprie eam tantum censeri, quae publico ritu aut institutione ad Dei cultum deputata est. Suar. Tom. 1. de relig. tr. 3. lib. 3. de sacrilegijs. c. 2. n. 1. Ubi recte monet, non quolibet privato proposito aut voto rem aut personam effici sacram, sed necesse est, ut publico ex iure, consecrationem vel deputationem ad Dei cultum habeat; Dixi (violatio rei sacrae.) ut scil. 1o. est sacrilegus sacramentorum usus eorumque admiratio, in p. m. 2o. profanatio vasorum Ornamentorum sacrorum. 3o. abusio sacrarum Sanctae ad res obscoenas aut turpes. 4o. violatio imaginum sacrarum. 5o. furtum cuiusque rei sacrae, ut Agni Dei, reliquarum, Calicum: 6o. quis abusus & mala tractatio rerum sacrarum.

3a. species est violatio loci sacri, quae nomine venit, quae publica Eccl.ca auctoritate ad publicum officium Divinum Sacramentorum usum deputatum, licet nondum sit consecratus aut benedictus. Violatio loci sacri variae contingit.

1o. per profanas actiones, quae ex natura sua obstant cultui Divino, ut ludi, nundinationes, Judicia &c. c. decet. de immunit. Eccl.ca in 6.

2o. per actiones quasdam peculiares sacer locus polluitur, v.g. per iniuriosum homicidium, sepulturam excommunicati aut infidelis, cuspidalem effusionem sanguinis aut seminis in templo aut alio consecrato loco factam. 3o. per furtum in loco sacro, non tantum si res sacra, sed etiam si quis alia Ecclesiae usib. deputata, aut eius custodiae velut depositum commissa ex ea auferatur. Ita gl. cum S. Th.

4a. est usurpatio bonorum tam mobilium quam immobilium ad sustentationem Maiorum Ecclesiae deputatorum, quae bona etsi non ita proprie intra res sacras numerentur, earum tamen iniqua usurpatio sacrilegium in iure Can.co appellatur. ut videre est in q. 2. c. nulli liceat. & vi. q. 4. c. 4. Haec tamen [illegible] de bonis Eccl.cis necdum Maiorum

Ecclesiae

Ecclesiae aut pauperum usib. appropriatis, nam posteaquam dictis muris aut pauperib. pro legitima distributione propria facta est, absque sacrilegio in quoslibet usus et profanos, quamvis non licite, adhiberi, aut ab ipsis, quib. appropriata est, iniuriose auferuntur.

Quaeritur an sacrilegi sint ipso iure excommunicati?

Resp. ad, sed non. 1° excommunicati sunt percussores Clericorum c. si quis 17. q. 4. 2° qui effringunt simul ac spoliant Ecclesiam vel alium locum pium c. conquesti de sent. excom. 3° incendiarii, cum haec quaedam violenta effractio sit, ut docet gl. in c. tua nos. 19. de sent. excom. 4° invasores bonorum Eccl.corum Trid. sess. 22. c. 11. de refor. 5° extrahentes reum confugientem ad Ecclesiam, praeterquam in casib. a iure concessis. Greg. 14. in Bulla. cum aliis nonnullis.

6° qui gabellas et collectas et similia onera imperant personis aut reb. Eccl.cae sub Papa consensu. 7° Iudices saeculares, qui ad forum suum Eccl.cas personas trahunt, aut libertatem Eccl.cam turbant, impedimento causae ad Eccl.cum forum pertinentes, ut sunt beneficiales, decimarum, in eod. foro definiendi vel eos ad saeculare forum violenter trahere conentur, aut leges aut statuta condant, quae Eccl.cae libertati repugnent. 8° Dni temporales, qui iurisdictionem quamlibet in reditus seu fructus Eccl.cos ex authoritate usurpant, vel absque legitima causa vel facultate expressa sequestrant; Hactenus enumerati sacrilegi sunt innodati et excommunicatione Papae reservata, cum hoc tamen discrimine, ut ii qui usque ad num. 5.m inclusive comprehenduntur, et a religiosis mendicantib. aut qui eorum privilegiis fruuntur, absolvi possint. Caeteri vero sunt a solo Papa absolvi debeant, qua contraxerunt excommunicationem in Bulla Caenae contenta, cuius absolutio mendicantib. ordinarie non concedatur.

De Homicidio &c: seq. fol

De Homicidio Voluntario & Casuali.

Tit. XVII.

Homicidium aliud fit publicâ authe, aliud privatâ. Quod publicâ authe fit, est à Republ. vel Magistratu, qui habet jus morte puniendi sceleratos, si eorum delicta ita mereantur. Exod. 22. Si malum feceris time &c: Non n. sine causa gladium portat. &c: Dei n. minister est.

Dixi (sceleratos) innocentem n. occidere per se aut directe illicitum est. Probatur ex SS. Exod. 23. Innocentem Christum non occides. Quia vitae suae alias ob causas occidendi facultatem non dedit, quam ob iustam defensionem Criminis punitione, seu innocente occidi non potest.

Quod vero privatâ authe fit, aliud est Defensivum, aliud Aggressivum. Defensivum est, quando invasus actualem aggressorem occidere; vel rem magni momenti rapere volentem, quam non poterat aliter servare aut recuperare, praeverire & occidere est in gloriae foro pro tanto modo moderamine inculpatae tutelae ac defensionis. Probatur ex c. si vero de sent. Excom. Vi est vim vi repellere, omnia jura, omnes leges permittunt, quia sumus ordine charitatis quasi propriam vitam praeferre potest aliena. Porro in quo consistat moderamen inculpatae tutelae (Ein rechtmässiger Nothwehr.) optime ait Abb. in c. Olim. n. 14. de restit. spol. boni viri arbitrio relinquendum esse, si videl. aliquis gladiatis circumstantiis, loci, temporis, personarum &c. quod aggressorem vel insidiatorem modo faciliore, benigniore defendere se non posse rotulum existimat, quam ita ipsi resistendo, praeveniendo.

Dixi (rem magni momenti rapere &c:) Non n. pro quavis re levi licet alterum occidere, censeri n. res magni momenti — 1.° vita. 2.° castitas seu pudicitia, pro hac n. tuenda licet mulieris aut cuivis alteri invasorem eius occidere. 3.° Non

Infama

& fama, q̄ multi vel morte emere n̄ dubitant, ut viri No-
biles & milites, qb. fuga ignominiosa foret. Aliter V. senti-
endū ē. D. hoīb. vilib. sicut ē D. Religiosis vel Clericis, quorū
laus in patria Christiana exstat. 4°. dāq. certam res magni
momenti facultas s. bona temporalia, vel eorū ē notabilis pars
cum n. sint necessaria ad conservationem vitae (. Vt in Jure vocatur
Sanguis 2us.) sicut licet tueri vitam, ita quoq. ad cond. necessaria,
n̄ tm̄ ut vivamus, sz ut queri vt Honeste vivamus.

Aggressiuū aliud fit ex casu aliud ex Volte.

Casuale dr, q. pt operantis intentionem & rarū ita evenit, veluti
dum pulsas campanam, ea dlapsa hoīem conterat, & hoc oī culpa
vacat. c. ex litteris. 2. D. homicidio.

Voltrium V. duplex ē, directe s. expresse aliud, aliud in-
directe s. intrpt.ne Directe Voltrium ē, q. interdū vel
in se vel in sua causa propinqua, qn videl. qs alterū occidit iniuste,
expressa aīo occidendi, vel certe aliqd dando vel fdo, ex quo
moralē videt, secuturā alterius Mortem. Indirecte Volun-
tarium ē, interveniente culpa, sz n̄ dolo, q. duob. modis contingit.

1°. si qs eventū homicidij ex iustitia lege impedire teneatur,
ut nauta naufragium. 2°. si qs cum moī aīem exercent, ex
qua hoīs occisione n̄ raro consequi novit, & ob id aīem intermittere
deberet, vel cautius instituere, homicidium inde proveniens indirecte
voltrium censebit, ideoq. magis veniā dignū, quam si ex proposito factum
esset. iuxta L. 1. §. Diug. ff. ad Leg. Cornel. D. Sicariis.

Huc revocari ē Duellum, qui duorū bellum, q. saepe con-
dici solet, gratia probandae veritatis, vel expurgandi criminis, verum in
illo neq. victor neq. victus culpa caret, ut infra patebit.

Quaeri qb. poenis homicidae in Jure puniantur?

Rs. 1°. Ministri Justitiae, q. publicā auctte hoīem occidunt,

ut 3

Ut est iudex, assessor, accusator, denunciator, testis, tabellio, qui
torquendo exprimit confessionem rei, qui dictat, scribit, signat, publicat
litteras pro vindicta sanguinis destinata, item sanctae executor, eiusque
cooperatores ac satellites, irregularitatem incurrunt, ob perfectae lenitatis
defectum — ita cap. aliquantos. dist. 51. Ad Clariorem huius
resp. illum Observandum est, quod ad irregularitatem ex homicidio vel muti-
lationem contrahendam culpa necessario non requiritur, sed sufficit occidendi, mutilandi
voluntas actualis vel virtualis, dummodo effectus sequatur, et necessitas non
compulerit. Ratio. quia irregularitas non tam poena sit, quam moralis macula,
s. indignitas ad altaris ministerium, ob manifestum defectum c. suscepimus.
de homicid. Ut vero aliquis irregularitatem incurrat,
praesertim ex titulo defectus perfectae lenitatis, necesse est, ut cooperatio ad mortem
seu mutilationem aliquo modo notabilis sit, et non admodum remota aut per actum
Ita gl. in c. de caetero. de homicid. Ex quo
Colligitur opifices irregulares non esse, qui furcas, fures, scalas ve-
ficiunt. sed irregulares fiunt, qui fures ad suspendium deferunt, scalam
applicant, hi n. certam causam propinqua, illi remota.
Quod h. dictum est de ministris iustitiae, idem dici potest de iis,
qui in bello offensivo hominem propriis manib. mutilant vel occidunt,
hi n. irregulares efficiuntur. Ita c. si quis. dist. 51. Aliud vero sta-
tuitur de iis, qui in bello iusto sua propria pugnantib. animum addide-
runt, hi n. licet ad vulneraverint modo non occiderint vel muti-
larint, irregularitatem non incurrunt. Ita ut cap. petitio. de homicid.
Resp. 2o. quod ob necessariam vitae vel corporis sui defensionem
hominem mutilat vel occidit, irregularis non efficitur. Ita Clem. Vric.
de homicid. Imo neque Clericus neque laicus irregularitatem contrahit, si iniustum
reipubl. vel hominis innocentis invasorem mutilet vel occidat, cum
ex lege naturali et divina ad eiusmodi necessariam defensionem obligatus est.

Ratio est.

Ratio 3. quia non est credibile, mentem Ecclesiae esse, ut irregularitas macula hominis inferatur propterea, quod legem naturalem servaverit, quod non id aliud esset, quam avocare homines ab observatione praeceptorum Dei, Jerusalem — quia in bello mere defensivo ad liberandam patriam, Ecclesiam a violatione aggressorum ex obligatione charitatis aut pietatis pugnantes, hostem mere defensionis causa mutilant vel occidunt, irregularitatem effugere videntur, maxime si in aliquo casu inevitabilis necessitas sit, quia aliter Ecclesia vel patria ab iniquis invasoribus liberari nequeat. Abb. c. petitio; de homicid. Sylv. ex bello. 3. q. 2. Qui vero iniquum aggressorem mutilat vel occidit ob defensionem famae aut honoris, item quia ob rerum suarum defensionem furem interficit, irregularitatem gerit. 1a pars Collyr. ex sensu gerio Clem. si furiosus. de homicid. Qui mortem aliter vitare non valens. quia si mortem fugam declinare possit, irregularis efficitur, sicuti notavit gl. ibid. 2a assertionis pars probatur ex c. suscepimus. de homicid. Quoniam expediebat potius post unicam relinquere pallium et rerum sustinere iacturam, quam pro conservandis vilibus et transitoriis rebus tam acriter in alios excandescere.

Ad 3o. ob homicidium mere casuale ac fortuitum non incurrit irregularitas. Summa ex c. Lator. c. ex litteris. 1. et 2. c. significasti. 1. c. exhibita. de homicid. Neque referre videtur, utrum aliquis dederit operam rei licitae an illicitae, cum ex comparatione illicitae operantis homicidium fortuitum esse possit, si de tali eventu vel nunquam in mente venit cogitare, vel etsi cogitaverit, tamen morali certitudine sibi persuasit, procul abesse periculum. Ita Sair. lib. 7. Thesaur. c. 5. n. 13. et alii quos vide apud Laim. lib. 3. tr. 3. c. 10. n. 1.

Unicus tamen casus est, quo clericus irregularis fit secuto homicidio praeter intentionem, et si omnem diligentiam adhibuerit, ne sequeretur, si videlicet opus eo ratione illi illicitum ac prohibitum sit, quod cum homicidii periculo coniunctum esse soleat, quia ratione Monachis et quibuscumque clericis in

Sacro ord=

Sacro ordine constitutis spectat prohibitum est exercitium artis Chirurgicae, per incisionem vel adustionem, iuxta c. sanctam ne Clerici, vel Monachi. c. Tua nos. de homicid. Excipiuntur tamen casus necessitatis, in quo ipsum Jus naturale id exigit, ut si chyrurgus alius praeter Clericum non adsit, qui curationem hominis pielitanti adhibeat.

Rs. 4°. quicunque iniuncti homicidii causa voluntaria existit, plures poenas incurrit. 1°. per Jus Civile capitali poena puniatur, ita §. Item lex Cornel. Instit. de publ. Judiciis. 2°. per Jus Canonicum excommunicatione coercetur per iudicem. c. Itaque. 24. q. 3. c. si quis membrorum. 33. q. 8. 3°. si Clericus sit, ab ordine est quocunque de poenis. c. cum non ab homine. 10. de Judiciis. c. Tuae. 6. de poenis.

4°. fit irregularis, sive directe sive indirecte homicidii causa fuerit, est communis DD. quae collige ex cap. sicut dignum. de homicid. Ut quidem de homicidio directe volito, nulla est dubitatio — De homicidio vero non doloso, sed indirecte tantum voluntario atque culpabili, dubium est, quanta culpa ad irregularitatem requiratur. Multi venialem sufficere putant, inter quos Caiet. Xb. Irregul. gl. in cap. Sufficit. 1. de homicid. Alii a culpa mortalem requirunt. Inter quos est Soto. lib. 5. de Justitia. q. 1. art. 9. quae doctrina probabilis est, et in praxi tuta. Laim. cit. lib. 3. tr. 3. part. 3. c. 10. n. 4.

Rs. dicunque quod duellum concernit, haec poenae statuuntur;

1°. poena excommunicationis latae sententiae. Trid. sess. 25. c. 19. de Reform. ubi hoc habetur. Cum in locorum Dominos, qui sua authoritate duellum illicitum sumunt, tum in ipsos duello concertantes, eorumque patrinos, auxiliatores, spectatores, — Deinde Dominos in terris suis concedentes duellum, privantur jurisdictione terrae illius, in qua concedunt facultatem ad duellum, si eam ab Ecclesia habent. Quod si feudum sit, privantur eo, ita ut redeat feudum ad Dominum directum. 3°. pugnantes et eorum patrini notantur infamia. 4°. Incurrunt privationem

omnium

omnium bonorum, & poenam homicidij, & sic debent puniri, acsi homicidae essent, licet non sit secuta mors. 5° Moriantes in duello privatorum sepultura Eccl.ca ita Trid. loc. cit. & quinis Greg. XIII. motu proprio. Ad tollendum. & Clem. VIII. in Bulla quae incipit: Illius vices, apud Sair. Tom. 1. Lib. 3. Thesin. c. 31. n. 12. has Trid.ni poenas etiam ad privata duella extenderit, & sedi Apl.cae reservaverit, tum germani aliique septentrionales seu ob ignoriam, s. ga constitutionem illa secundum hunc sensum promulgatae & in usum Ducta non sunt, a censura excusari videntur. Ita Laim. Lib. 2. tr. 3. p. 3. c. 5. in fine.

De Adulterijs, Stupro, Raptu, & Incaestu.

Tit. XXVIII.

§.

De Adulterio.

Adulterium est alieni thori violatio, & proprie committitur in nuptam de Jure Civili. — Ex sententia SS. Canonum est in solutam mulierem a coniugato, cum hoc iure ead. in marito, quae in uxore, castimonia regrarum, ita c. Nemo blandiat. 31. q. 4. & c. apud nos. q. 5. & haec sunt gravia peccata. Gravissimum vero est, si fiat utroque vinculis coniugij adstricto, tunc n. in illo acta est duplex iniuria mortifera, nam duorum matrimoniorum Jura violantur, & duob. coniugijs iniuria irrogatur. Unde eo casu in confessione non sufficit accusatio sui de adulterio in genere, sed explicanda est illa circumstantia, ratione cuius iniuria duplicatur. In foro vero externo adulter propter gravissimum criminis plurib. poenis subijcitur. 1° si criminaliter contra eum agatur, ex praescripto Juris Civilis gladio plectitur. L. quinis. 30. in fine.

C. ad L. Jul.

C. ad Leg. Jul. de Adulterijs. & §. Item Lex Julia. de adulterijs. Instit. de publ. Judic. Adultero vero ex bonis affecta in Monasterium detrudere, potest interim Marito relictâ, eam intra biennium repetendi, ita §. si quis. Novel. ut nulli iudicijs. Auth. sed hodie. C. ad Leg. Jul. de adult. Item receptum videtur à Jure Canonico in c. gaudeamus. 19. ext. de conversis coniugatorum. 2° si eiusdem agere, adulter per sententiam Judicis Eccl.ci privari potest cohabitatione cum alto iunge, quia poena dicitur divortium. ita c. sufficit. de Divortijs.

3° separatione facta Dos & donatio propter nuptias innocenti iungi applicatur. §. quia vero plurimos. Novel. 117. ut liceat mulier & Avicen. c. plerumque. extra. de donat. inter vir. &c: quamvis hoc iudicium non plane civile sit, sed mixtum, id est criminaliter & civiliter exercetur. c. 5. de procuratorib. 4° Adulter ob adulterium amittit ius petendi debitum coniugale, ut colligitur ex c. 5. & 19. Matth. Deinde quia frangenti fidem, fides meritò non servatur. hinc Maritus adulterâ uxore Monasterium ingredi potest, cum à Jure solvendi debitum iugale sit solutus. ita c. constitutus. 15. de conversis coniugatorum.

Dixi sup. n. 2. quod propter adulterium inter coniuges quoad cohabitationem divortium fiat, casus tamen aliquis est, quod propter illud separatio non admittitur: 1° si coniux vim passa fuit aut non consentiente, cum hoc non sit adulterium factum. iuxta c. proposito. 32. q. 5. 2° si iuxta bona fide ad alterum accessit, ut quia in nimbilis ignorantia maritus suum esse credidit, quo modo Jacob Liam olim. Gen. 10. aut si uxor maritum defunctum esse probabiliter persuasa ad alias nuptias transivit, c. cum sit bellicam. 34. q. 2. &c. in Lectum. 34. q. 1. 3° si alter est iuxta eiusd. criminis particeps est, ut si in adulterium ipsius expresse vel tacite

vel est ipse

fornicatus

fornicatus sit, divortium deinde instituere haud potest, ut habetur in c. Sufficiat. de divort. atque hoc in laico statuta sunt.

Clerici vero propter adulterium a se admissum et ponuntur a Judice Eccl. nisi parata poenitentia cum ijs dispensat Episcopus, et in Monasterium ad poenitentiam agendam toto vitae tempore detruduntur. c. cum non ab homine. 10. inmt. gl. c. etsi Clericus. §. fin. de Judicijs.

§. II.

De Stupro.

Stuprum aliquando in Jure sumitur late, et comprehendit coitum cum vidua honesta, imo et adulterium. ut colligitur ex L. stuprum. ff. ad L. Juliam. de adulterijs. Hic tamen sumitur stricte, et differt a Gratiano 36. q. 1. c. lex. 2. Illicita virginis defloratio, non praecedente coniugali pactione. Stuprum ita proprie acceptum dicitur in illud, quod per violationem infertur, et in illud quod volenti et consentienti. Quomodocunque accipiatur, est grave peccatum, imo magna dissensio inter Auctores, utrum semper contineat novam speciem peccati a simplici fornicatione — verum probabilis sententia est, stuprum non continere speciem peccati a simplici fornicatione datum, si absit dolus, violentia, aut metus, quamobrem circumstantia virginis violatae in confessione necessario explicanda est non est. Ita Less. lib. 2. c. 10. dub. 1. Probatur. Stuprum non habet intra genus luxuriae aliam deformitatis speciem, quam eam, quae est simplicis fornicationis, neque speciem peccati iniustitiae continet; aut enim iniuria virgini inferretur, aut parentibus eius, sub quorum cura et tempore existit. Non primum quia nulla est iniuria, quae in volentem fit. L. 1. §. usque adeo. ff. de iniurijs. quod. Non secundum. Nam puella libertatem habet in membra et corpus suum, quae vel nunquam uti potest ad carnalem generationem, vel uti modo legitimo nuptiarum et coniugij, vel etiam abuti per modum

illegitimae

illegitimae fornicationis, consequenter stuprator iniuriam parentib. infert, quod particeps est huius voluntatis abusus, s. potius intemperiae criminis. Alia V. ratio est cum eo, qui stuprum virginis alterius puellae per vim, fraudem vel falsas pollicitationes infert, satis n. quod iustitiam expectat, et omne damnum exinde provenit tam ipsi quam parentib. eius in gratiae foro restituere cogitur. Si a puella ob illatum stuprum per vim, fraudem &c: nullum aliud damnum passa fuit, quia haec occultum mansit, et neque honestum virum sortita fuit, probabile est, ad nullam restitutionem obligari stuprator, aut iudicis sententiam. Ita Less. lib. 2. c. 10. dub. 2. Kaly. Nam pro iniuria, secluso damno nulla restitutio fieri debet. Puella a. nullum damnum passa est; Quod n. Obyer, de claustri virginei violatione, damnum istud reparabile non est, neque pecuniam aestimabile. Vide Laim. lib. 3. tr. 3. part. 3. c. 13. per totum.

Poenae, quae ex stupro incurruntur, sunt sequ.

1.° Iuris Canonici praescripto. c. 1. et 2. de adult. qui virginem sedavit et stuprat, eam tenetur dotare et accipere in uxorem, nisi pater virginis nolit eam duci, quae spem dotasse eam sufficit; Sin ipse stuprator nolit eam in uxorem accipere, tunc hic corporaliter castigatus et excommunicatus in monasterium ad agendam poenitentiam detrudatur. cit. cc.

2.° ex Iure Civili in personis honestis est publicatio dimidiae partis bonorum. In humilib. coercitio corporis cum relegatione. Instit. de publ. iudiciis. §. Item lex Iulia. de adulter. Xu. ss. eadem l.

3.° In eos, qui sacris exquib. stuprum intulerunt, haec poena constituta est, a 6 Synodo: Si quis (inquit) Episcopus, presbyter, diaconus aut subdiac. lector &c: cum muliere sanctificata Deo mocharatus fuerit, deponatur: quia sponsam Christi corrupit. Si vero laicus, excommunicetur, c. si quis Episcopus. 27. q. 1. Amplius ex Iustiniani

constitutione

constitutione res et monitio applicanda, aliaque poena hoc scelus coercetur. Nov. 123. §. penult. c. si quis 27. q. 1. Imo Clericus virginem quamcunque deflorans, Jure Can.co Apostolico, ut notat Panorm. in c. Etsi Clerici. de Judiciis, et allegat c. si quis Clericus. d. 81.

§. III.

De Raptu, et eius Poena.

Raptus puellae sive ea soluta sit sive coniugata aut vidua, aut Deo dicata, tunc committitur, si ea de loco in alium locum libidinis causa vel matrimonii gerendi per vim iniustam abducitur. Duplex est species raptus. 1.o si vis iniusta exercetur in ipsam puellam, quae invita et repugnans abducitur. 2.o si vis iniusta committatur erga parentes vel tutores sub quorum cura et potestate puella existit, quamvis ipsa in abductionem consentiat, ut constat ex c. de raptoribus. 36. q. 1.

Verum si tractatus de matrimonio legitime gerendo vel sponsalia antecesserunt, atque idcirco puella consentiens de domo patris vel tutoris, quamvis ipso reclamante, abducta sit, non esse proprie raptum, neque matrimonio impedimentum praebere, tradit Alex. 3. in c. cum causa. de raptoribus. his explicatis

Sciendum est, plures poenas in raptorem statui.

1.o ex legib. poena raptus est, in raptorem et ipsius comites et timum supplicium et bonorum ademptio, quae raptae mulieri ingenuae, aut monitio, si rapta sit monialis, applicanda. L. Unic. C. de raptu virginum. c. si quis rapuerit. 27. q. 1. 2.o Jure Nov.co Trid. sess. 24. c. 6. de reform. matrim. Decretum est, inter raptorem et raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum matrimonium consistere posse; deinde si rapta a raptore separata et in loco tuto constituta, illum in vicum habere consenserit, tunc eam raptor in uxorem ducere potest, nullius

raptor

raptor ipse & omnes illi consilium, auxilium & favorem praebentes ipso jure excommunicati sint, ac perpetuo infames. Clerici vero de proprio gradu decidant; Denique tenetur raptor mulierem raptam sive eam in uxorem duxerit s. non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare; quare haec poena non obligat, nisi post judicis sententiam. vide Lain. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 13. Azor. tom. 3. lib. 3 c. 14. & 15. & alios ibid. cit.

§. IV.

De Incestu.

Incestus est congressus cum consanguinea vel affine intra gradus prohibitos, quales sunt omnes gradus consanguinitatis & affinitatis ex matrimonio contracta usque ad 4. gradum. ut communiter DD. tradunt. Ex fornicatione vero usque ad 2.um gradum, ut constat ex Trid. sess. 24. c. 4. de Matrim.

Gradus a. cognationis legalis, quae nascitur ex adoptione, & cognationis spiritualis, quae ex baptismo & confirmatione proprie ad hoc vitium non pertinent, quia sunt vincula magis spiritualia, nec faciunt coniunctionem carnis & sanguinis sicut consanguinitas & affinitas, Negaritur non posse, quin violatio talis cognationis per actum luxuriae habeat speciem deformitatem, cum illa cognatio constituat impedimentum dirimens, unde talis actus est poterit dici incestus, paulo latius extensa voce hac, quia fit cum persona, cui ratione coniunctionis istius spiritualis debeatur reverentia in ista materia, nec est aliud nomen, quod ei melius conveniat, si cognatio sit ex adoptione, si vero sit ex sermone, rectius referetur ad Sacrilegium.

Cametsi omnis incestus gravis sit, gravior tamen multo est incestus cum consanguinea, quam cum affine in eod. gradu v. g. cum sorore sua, quam cum sorore uxoris, quia illud vinculum est multo

est multo arctius, plus n. est, ex coniunctione aliis rationibus sanguinis, quam uxoris, imo densitas specifica est inter consanguinitatem et affinitatem, hoc n. vincula specie differunt, sicuti unio immediata et mediata, naturalis et voluntaria. Confirm. quia multo immanior censetur incestus cum matre, quam cum Noverca, cum sorore, quam cum uxore fratris.

2.° ratione lineae rectae et lateralis. Nam nullo unquam casu fuit licitum concubitum inter consanguineos in linea recta. Et confirm. quia longe alia reverentia est debita matri, alia sorori, et longe foedior illius quam huius violatio. 3.° ratione 1.mi gradus consanguinitatis lineae lateralis et reliquorum, item ratione 1.mi gradus affinitatis lineae rectae et reliquorum praeter lineam transversam, ut colligitur ex 1. Cor. 5. Ratio est, quia illi iure naturae prohibiti et matrimonium dirimunt, hi solum iure positivo.

Quod ad gradus reliquos attinet, quia solo iure positivo prohibiti sunt, atsi probabilis sit sententia Navar. c. 16. n. 3. et multorum aliorum, omnes specie differre, et efficere incestum specie distinctum; tum quia non est probabile, nim. illos gradus in consanguinitate esse eiusdem inter se speciei, similiter in affinitate. Ratio est, quia nullus horum iure naturae matrimonio repugnat, nec repugnantia, quam habent ad illum actum, est solum ex iure illo positivo, quod ob easdem causas eademque motiva eos retinuit, scil. ut propinquos in illis gradib. reverentia debeant, et occasiones libidinis inter propinquos (: quae saepe cohabitare solent :) vitentur; Et quinis hae rationes eo magis appareant, quo gradus propinquior, ut in 2.° plus quam in 3.tio et in 3.tio quam in 4.to hoc tamen non convincit densitatem specificam, sed solum difficultatem secundum magis et minus, intra eandem speciem.

De Poenis Incestuosorum

Nota hic

De Poenis Incestuosorum.

Nota hic. Etsi incestus cum sua consanguinea sit gravior quam affine, consanguinea uxoris, caeteris paribus tamen huic ex Jure Can.co peculiaris poena deberi, nim. quod incestuosus debiti petitione privetur, eo quod cognoscendo consanguineam uxoris, factus sit uxoris affinis, eo gradu, quo ipsa uxori erat sanguine iuncta. Ita c. transmissa c. Tuae fraternitatis. de eo, qui cognovit.

Excipe 1.o si ignoratio a malitia incestus excuset, qua coniux ignorat eam consanguineam vel consanguineum coniugis, ad quam accedit. ita c. 1. eod. 2.o si per violentiam cognoscatur coniux a consanguineo coniugis, iuxta c. directionem. eod. tit. Ratio harum duarum exceptionum est, quia privatio iuris petendi debiti Eccl.co Jure constituta est in poenam incestuosi, quo ubi incestus crimen non est, poena hoc locum non habet. 3.o postquam incestuosus dispensationem super petendo debito impetravit, ius exigendi debiti plene recuperat. Sanch. lib. 9. disp. 6. n. 20. Potest a tale dispensationem Jure ordinario saltem per consuetudinem acquisito conferre Episcopus. Ita Sylv. Ob. Luxur. q. 4. d. 5. Porro alter coniux, qui innocens est ab incestuoso, sicuti prius debitum petere non prohibetur, quia nemo Jure suo sine culpa privari debet. Juxta c. discretionem. &c. Tuae fraternitatis. de eo qui cognovit. Sic haec de Jure Can.co Jus v.o Civile irrogat incestuosis eandem poenam, quam adulteris. ita L. si adulterium cum incestu. 38. ff. ad Leg. Jul. de adult. vide Sonarus. tom. 1. de Matrim. p. 2. c. 6. §. 8. n. 2.

De Crimine Falsi.

Lib. XIX

De crimine Falsi.

Tit. XIX.

Falsum nil aliud est, quàm verè imitatio sive magis immutatio, in crimen v.o & coërcitionem falsum incidit, si dolo malo admittatur, unde qui falsum dicit, qui putat verum, falsi crimine non obstringitur, cum non tam fallat, quam fallatur ipse, c. hoc. cum seqq. rr. q. r. Variis modis crimen falsi incurritur, sicut multis exemplis comprobant Juris utriusque tituli, quae facilioris doctrinae causa ad hoc 4. capita revocari possunt: Aut n. falsum admittitur dicto, aut scripto, aut facto, aut usu.

Dicto, ut in teste qui falsum dicit aut verum supprimit. Uterque rei est, inquit textus c. 1. extr. hoc tit. & qui veritatem occultat, sicut mendacium dicit, qua ville prodesse non vult, & iste nocere desiderat. Ita dicto c. 1. Scripturâ: si quis testamentum vel aliud instrumentum falsum scribat, signet, veniet, celet, subjiciat, §. Item lex Cornelia. de falsis. Instit. de publ. Judiciis. Facto: si quis falsam monetam percutiat, si in aurum quod vitii addat, si argenteos nummos adulterinos conflet, si pondera aut mensuras publicè probatas corrumpat, si signum adulterinum faciat, sulpat, exprimat, l. qui falsam. 19. ff. ad leg. Cornel. de falsis. & tit. C. de falsa moneta. Usu denique: si quis falsis litteris utatur, ut videre est in capite falsariorum 7. de Crimine falsi.

Poena Falsi ex Jure Civili in servos ultimum supplicium est, in liberos deportatio, & omnium bonorum publicatio. Ita text. expressus §. 7. Item lex Cornel. de falsis. Instit. de publ. Judiciis.

Quod a. attinet ad publicationem bonorum videnda est Auth.ca bona Gemmatorum C. de bonis proscriptis.

Verum ex praescripto Juris Can.ci si quis falsum ~~[illegible]~~ circa Apl.cas litteras admiserit, excommunicationem notatur, & Clericus officio & beneficiis Eccl.ci expulsus, tum et degradatur, si hoc crimen exercuerit. Textus est in cap. ad falsariorum 7. h. t. c. penult. eod. Ubi in litteris simplicis Justitiae aliud statuitur, sed Bulla Coenae Dni §. 6. et ad litteras Justitiae & aliorum casus hanc Constitutionem Innocentii III. extendit, ut videre est apud Navar. in Manuali c. 27. n. 62. Extra litteras Apl.cas Clericus si falsum admiserit, ab Eccl.co Judice deponitur, ita c. cum non ab hoc. 10. de Judiciis.

De Furto, Rapina, Iniuria & damno dato.

Tit. XX.

§. I. De Furto.

Observ.m est delicta esse duplicia; Publica & privata.

Dicuntur in hoc, quod per publica Noceantur toti reipubl., per privata tantum personae privatae. Sunt a. privatorum 4.

Furtum, rapina, damnum iniuria datum, & dicitur Iniuria.

Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lucrifandi gratia vel ipsius rei, vel et usus eius, possessionisve.

Dicitur (contrectatio.) Ad furtum n. debet factum intervenire, sive amotio rei de loco ad locum, sive ille

non est fur

non est fur, quia Aphersus in aliena domo nihil aliud ad loco amo:
uit. Dicitur V. (Fraud.da) quia ex parte accipientis
debet fraus intuerire, et is cui accipitur debet esse inuitus, quia si
non sit inuitus, non fit furtum, etsi alter fraudulenter acci:
piat, unde in hoc casu voluntas expositum non dicitur maleficia.
Sed nec Deus credi debet, quia non fuerit inuitus, cum n.
furta hodie inter publicorum delictorum sint et capitalia,
poenae non debent eludi.
Dicitur 3° (Lucrifudi causa) in quo dicitur furtum ab aliis ma:
leficiis, debet n. fur lucrum intendere, quia ordinarie [illegible] est.
Rei, eius usus, possessionisue. Saepe V. lucrum est
solius usus expossessionis, veluti si creditor utatur pignore,
depositarius re deposita. Subiunctum est tum possessionis, ut si
debitor rem datam pignori surripiat creditori, quia pignus possi:
det. Furtum duplex est, manifestum et nec manifestum,
Olim furti poena erat quadruplum; nec manifesti, duplum, si manifesti
si cuiuslibet agebatur. Ratio distinctionis, quia haec difficilia videtur descendere
ex L. 12 Tabul. in qua furtum non manifestum industriae adscribebatur.
Deinde res per se illicita, si manifeste fiat, grauius peccatur, quam
si occulte fiat. Verum hodie ista poena non observatur, nec fur persona
sit honesta, et 1m furtum. Sed rei Dominus agere solet aduersus furem con:
dictione furtiua, ad recuperandum non solum rem ipsam, eiusue aesti:
mationem, sed et omne damnum et lucrum cessans. Si V. criminaliter
agatur, poena furti est suspendium, deportatio, relegatio, et fustigatio,
ut videre est in Constit. Carol. In der Halßgerichts Ordnung. tit.
157. cum seqq. de cons. praxi, quae ubique observatur.
Nota tamen, quod 1m furtum est maximum, si non sit qualificatum

ficatum, non potest ultimo supplicio affici, si vero sit qualificatum, capite potest plecti. Videndum igitur est, an furtum habeat malas qualitates, sive (böse Umbständen) sunt a. mala circumstantia, effractio, conscensio, furtum studiosum, vel iteratio. Unde etsi prima furta sint, punita tamen per incorrigibilitatem et ex pravo furto, ultimo supplicio fur affici potest.

§. II.

De Rapina.

Rapina est acceptio rei alienae per vim. Ita lex 1. C. de vi bonorum raptorum etc: Rapina et raptus dicuntur; raptus hominum, rapina est rerum mobilium, iuxta Iurisconsulti. quod raptorem a praedone distinguunt, eo quod praedo est sit immobilium. Dicitur est rapina a furto, quia illa vi fiat sed in definitione insinuatur, quare rapina hanc in se speciem malitiam habet, quod per eam bono videnti, rem suam servare volenti, violentia adeoque specialis iniuria inferatur. vid. Laim. lib. 3. tr. 3. p. 1. c. 2.

Poena Rapinae quadrupli est, quemadmodum furti manifesti, unde quod in poena rapinae et res ipsa insit. Iustit. de vi bonorum raptorum.

§. III.

De Iniuria.

Iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat, omne n. quod non iure fit, iniuria fieri dicitur, hoc quidem: Specialiter a. iniuria dicitur contumelia. Textus est in L. 1. ff. de iniuriis. Haec quandoque re, quandoque verbis, quandoque litteris, interdum gestu infertur.

Re, si manus alicui inferantur. Verbis, si convitium fiat. Litteris, si libellum famosum quis scripserit, vel scribi curaverit, vel repertum non suppresserit. Gestu, si quis ad inui-

diam

diam alicuius veste lugubri utatur, aut squalida. L. si barbam demittat. L. Item apud Labeonem. 15. §. quaeritur. ff. de iniuriis. & quaeritur, quod ad alicuius infamiam fit, iniuria fieri dicitur, quae significatione hoc loco accipitur; Ob illatam iniuriam Civiliter agitur vel criminaliter; Civiliter, ad aestimationem iniuriae: ut si iudex tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus aestimaverit, vel minoris, prout iudici visum fuerit, §. in summa. & §. poena. Inst. de iniuriis. Criminaliter, ad poenam extraordinariam officio iudicis reo irrogandam. Ita d. §. in summa. & L. fin. ff. de iniur. hoc ex praescripto iuris Civilis.

De iure Canonico. quibus poenis subiciantur, ex dictis Canonibus elicitur. 1°. quod violentas manus in Clericum iniecerit, excommunicationi ipso facto subditur. c. si quis suadente. 17. q. 4. & c. 5. de Sent. Excom. 2°. quod Cardinalem hostiliter fuerit insecutus, vel percusserit &c: in eum veluti Maiestatis reum animadvertitur, & aliis gravioribus poenis inodatur. textus in c. felicis. 5. de poenis in 6. 3°. quod Episcopum male tractaverit, ipsum fere poenis coercetur. ex Clem. c. 1. de poenis. & cap. unic. eod. in Extrav. Joan. 22. 4°. In auctorem famosi Libelli, aut quod eum inventum non ruperit. hic Canon extat Adriani Papae: qui in alterius famam publice scripturam aut verba contumeliosa confinxerit, & reperta scripta non probaverit, flagelletur; & quod ea prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere. Ex. est in c. si quis. q. 1. adde & c. 1. eod. q. 1.

§. IV.

De Damno dato.

Damnum culpa est levissima datum, tam in reb. animatis, quam inanimatis resarciri debet ab eo qui intulit. toto tit. ff. de Inst. ad L. Aquileian. cum factum suum cuique nocere debeat, non alteri. Idem est,

si dam:

si damnum ex imperitia datum sit, veluti ab assessore, medico, advocato, artifice, qui iuxta praecepta artis suae diligentiam operis non adhibuit, et idcirco damnum datum sit, siquidem imperitia culpae adnumeratur, ut dicitur c. fin. de iniuriis.

Quod si alterius animal pauperiem, id est damnum dederit, contra damnum eius agitur, cui tamen liberum erit, vel praestare aestimationem damni, vel animal noxae dedere, hoc est vivum tradere. c. fin. ex hu. quod si animal. et c. 3. de iniuriis.

Porro in animalib. feris (quorum numero habentur leo, aper, ursus, canis) etc: hoc amplius est, ut si soluta vel ligata eo in loco quo itur, liberum hominem occiderint, in 200. solidos, sin a. monuerint, quantis aequum et bonum iudici videbitur. Caeterarum vero rerum, quae damni sit, in duplum Deus condemnatur. §. fin. Inst. si quadrupes pauperiem fecerit. Deinde in libero homine vulnerato, aut alio laeso, eo iure utimur, ut expensae in curatione factae et operae amissae, quatenus amissurus est, praestentur. Deformitatis vero nulla ratio habeatur, cum liberum corpus non recipiat aestimationem. c. 1. de iniuriis. et l. liber homo. vs. ad leg. Aql.

De Usuris

Tit. XXI.

Usura Latinis 1° idem est, quod Usus, sicuti cultura idem quod Cultus, sic dicitur lucis et vitae usura. et haec est Latina acceptio.

2° sumitur late, et pro fructu ex rerum usu proveniente. Terra (ait Cicero, lib. de Orat.) nunquam sine usura reddit quod accepit. 3° sumitur usura et dicitur, Lucrum ex mutuo.

Aliàs

Aliàs fœnus dr, dr q̃si foetus, s. genitura pecuniæ, alterius rei mutuo datæ; Nam lucrum vrsim vocatur agnio rei supra sortem pecuniæ æstimabilis, & aliàs ex instra indebitæ.

Quær 1º. Quo vsura dividatur?

Rs. Eam variè dividi, in Realem & Mentalem. Realis est, quando lucrum ex mutuo capiendum deducitur in pactum, quod pactum potest esse vel expressum. C. Vti si dicas, Do tibi iam mutuos 100. Vt post annum restituas 100. & 10. — Vel tacitam vel per quandam insinuationem, v.g. solitus est Titius mutuare cum vsuris, & modo mutuans Caio, ait illi: Scis gratitudinem meam in mutuando.

Mentalis est, quando mutuans lucrum non deducit in pactum, sperat tamen atque intendit lucrum non gratuito & liberaliter offerendum, sed tanquam præcium, vi mutui debitum. Sed hæc vsura mentalis, quia licet mutuatio rei & acceptio lucri sint actiones externæ, tamen manifestant intentionem lucri ex mutuo, quod vsuram constituit.

2º. Dividitur in Apertam & Palliatam. Aperta vsura est, quando in ipso mutui expressi contractu pactum intervenit de lucro vltra sortem capiendo. Palliata est, quando intervenit in mutuo virtuali & alterius contractus nomine & spe q̃si pallio palliatam. quod triplex contingit — Quando nim. Mercator carius rem vendit, quam per se valeat tantum propter dilatam solutionem: & quando Emptor rem vilius emit, tantum propter anticipatam solutionem, nam in his emptionibus & venditionibus virtuale mutuum continetur.

Quær 2º. An vsura prohibita sit?

Rs. Cum Iure positivo, Tum de Iure Naturali. Ita tam Theologi quam Canonistæ, cetique hæresis, dicere, vsuras non esse peccatum, vt dicitur in Clem. Vnic. de vsuris. Porro licet vsura, idem lucrum, non proveniens

illicitum

illiciti [illegible] sit ex capitali creditor accepisset, tamen alii iusti tituli, quibus mutuo adiungi possit, ut aliquid ultra sortem, sine vitio usurae licite accipitur.

Primus titulus est ex parte mutuantis, si ejus vere intersit, non mutuari, id est interesse (liceat nobis hac voce in scholis [illegible] recepta uti) duplex est: unum damni emergentis, alterum lucri cessantis.

Damni emergentis, veluti si creditor ex contracto solutionem alicui [illegible] possit, [illegible] amittit [illegible] ob ablatam pecuniam, quam ea restaurari potuit, vel [illegible] sive aliquas res necessarias carius emere.

Lucri cessantis, ut si creditor pecuniam suam negotiando aut emendo praedia sive reditibus [illegible] destinatam roganti mutuum dederit, [illegible] ultra sortem. [illegible] L. [illegible] ff. de usur. [illegible]

[illegible] hujus lucri cessantis [illegible] creditori damnosum sit suum [illegible] in [illegible] mutuum. Hac [illegible] Deputati Imperii, et videre est in Recessu Spirae celebrato, A°. 1600. [illegible] Rudolpho II. confirmato: [illegible] in [illegible] Recessus: der Kammerotnung halber, dass der Creditor sein geld [illegible] zeit an anlegen [illegible] [illegible] zum wenigsten [illegible] 100 fl. 5 wol [illegible] [illegible] in Tract. Academico [illegible] cap. [illegible] in fine.

Alter iustus titulus ultra sortem accipiendi est, si poena conventionalis adiecta sit, qua is [illegible] ad tempus praescriptum mutuum [illegible] [illegible] vel creditor [illegible] statuta [illegible] L. [illegible] C. de [illegible] stipulatione.

Nota. h. 3plem esse poenam. Una Legalis, quae lege decernitur pro crimine seu culpam; Altera Judicialis, quam in particulari iudex imponit; 3a Conventionalis, quae partium contentum conscriptum statuitur, solvenda ab eo, qui a contractu recesserit, vel in mora culpabili fuerit, restituendi debiti, juxta L. si pacta. C. de pactis. Item quae poenarum genera — Discrimen hoc est, quod strictioris interpretationis sit poena Legalis, quam conventionalis et Judicialis, ita Ab. in L. cum stipulatus. ff. de Verb. oblig.

Tertius titulus aliquid ultra sortem accipiendi est pacti accessorii, si v.g. pecuniam mutuo auream, ut restituatur in Moneta aerea vel minuta; Accedit mutuo contractus Cambii, iuxta cuius taxam consuetam amplius quam datum est, accipere licet, sicuti docet Navar. lib. 3. consil. 2. de emption. edit. 2.

Quaeritur denique quae poenae usurariis statuantur!

Ad. Ab utroque jure varias in eos statutas esse, ut patet. c. in omnibus de usurar. &c. quamvis de usurar. in 6.

1ma est excommunicatio in Laicos, in Clericos est suspensio ab officio et beneficio Eccl.co c. praeterea. 7. de usur. Non quidem ipso iure, sed per sententiam Judicis Eccl.ci 2a usurarii si manifesti sint, ad communem altaris et sepulturam Eccl.cam non admittuntur, nec eorum oblationes recipiuntur, intuitu suspensionis poenae in Clericos, si quis fecerint. c. quia omnibus de usur. 3a neque ad testamenti factionem usurarii manifesti admittuntur, nisi usuras prius restituerint. aut de iis restituendis idoneè caverint, iuxta formam c. 2. de usur. in 6. praescriptam.

Porro manifestus usurarius is dicitur, qui palam foenus exercet, ita quod nullam huius rei excusationem possit obtendere, aut quod hoc crimen confessus est in iudicio, aut de eo est condemnatus,

c. fin. de cohabit. Cler. 4.a Notand. Usurarij
Juris infamia. L. in pbr. 20. ubi gl. C. ex gb. causis infamia
irrogand. 5.a Dnq. q. Eccl.ci non possunt usurarijs exteris elo-
care domos, aut permittere in eis habitare, sed teneantur eos expellere e
terris suis intra 3. menses, alioqn ipso facto incurrunt poenam
suspensionis, si Epi sint — Excommunicationis, si sint Minores Epis; Int-
dicti, si sit Collegium, vel Universitas Eccl.cum Ita c. 1. de usur. in 6.
Clem. c. 1. eod. vide cit. Henricus Canis. in Plect. Academ. de usur.
c. 8.

De Poenis.

Tit. XXII.

Poenae ideo a Jure inventae sunt, ut earum saltem metu homines
in officio contineantur, ut sic publica pacata, et salva persistat. c. ut
famae. 35. de sent. excom. Harum quidem a Jure in delinquentes
certae statutae sunt, ut videre est in superib. tit. ubi de delictis disserimus,
Quaedam arbitrio iudicis relinquuntur, ut in ijs delictis, in qb. nulla
certa poena in delinquentem a Jure constituta est. c. 4. in fine, de offic.
Judic. deleg. Licet Judex a praescripta in Jure poena discedere non debeat,
iuxta c. 1. de sentent. et re iudic. si tamen causa subsit, permissum est illi poena
vel augere vel diminuere, vel etiam prorsus remittere, inspectis circum-
stantijs causae, personae, loci, temporis, qualitatis, eventus &c: L. 3. et 4. C.
ex qb. causis infamia irrogand. c. fin. de transact.b et gl. ibid. ex b. causas.
Eo tamen observato in Judice Eccl.co ut is sanguinis poenam nunquam
inferat, sed si quae sibi ex delegatione Papae vel alio Jure cognitio cri-
minum competit, eam si sanguinis poenam irroget, vel ad ipsum Papam
remittat, vel alicui laico demandet. c. Clericis. 5. et c. penult.

ne Clerici vel monachi. Ut hinc — Notum sit, merum
imperium delegari per Clericos, jurisd.mo temporalem habentes, ut sunt Episcopi,
et quidam Abbates Germaniae nostrae, qui et jura Papae secularium habent,
haud dubie ex concessione Imperatoris, cuius quoad temporalia vasalli sunt.

Cum a. ea, quae meri sunt Imperii, (: utpote cognoscere et coercere
publica crimina, L. solet. 6. ff. de offic. proconsulis. et L. 3. ff. de
jurisdictione omnium judicum :) per se exercere non possint propter metum irregularitatis,
videtur tamen si non expresse Imperator eis indulsisse, ut per Laicos tamquam
delegatos suos merum imperium exercere possint, ne frustra penes eos
sit hoc imperium. Porro delictum quoties repetitum est, toties eius nomine
condemnatio fit, et si ex eod. facto plures delicti species oriantur, toti-
dem poenae infligantur, aut saltem altera imponenda augetur, vid. c. 1.
de poenis. L. 2. ff. de privatis delictis.

Caeterum ex omni delicto triplex judicium nascitur, unum Civile
alterum criminale. Civile, veluti si de possessione mea dicitur
experiar interdicto, unde vi: Criminale, si eiusd. nomine aristi-
tuam accusationem ex leg. Julia. de vi. text. in L. unic. C. quando
civilis ad &c. Vel si re mea furto subtracta agam ad poenam
furti dupli vel 4 dupli. quod et civile judicium est; aut si ad extra-
ordinariam poenam fori per judicem imponendam, quod criminale est, L. fin. ff.
de privatis delictis. Quippe ex delicto tam publico, quam privato,
duplex offensio nascitur! Una parti laesae, altera reipubl.
Ut tamen utrumque judicium non simul intentetur, sed alterum post alterum,
et si utrumque ad vindictam tendat, uno intentato, alterum prorsus
cessat, ne unius delicti nomine plures poenae infligantur. c. 4. §.
fin. de judiciis. Ubi gl.

Inter Poenas jure Can.ca praescriptas praecipua est

Degradatio

Degradatio vel deposit. Ad q. c. 2. Ad poenas in 6.

Est a. Degradatio nil aliud, quam de gradu deiectio hoc est, remotio ab ordine, iurisdictione &c. ob enorme crimen. Haec duplex est, verbalis & actualis. Verbalis Degradatio est, cum ab Episcopo vel ab eius vicario in spiritualibus generali quod Clericum in sacris et Presbyteratus ordinibus constitutum Depositionis fertur sententia, ob aliquod enorme crimen commissum. Trid. sess. 13. c. 4. de Reform.

Degradatio actualis est poena Ecclesiastica quae Clericus ab omni officio et beneficio Ecclesiastico depositus, et Clericorum insuper privilegiis per solemnem sententiam in perpetuum, et sine spe restitutionis exutus actuali et adhibita ceremonia, vestibus et ornamentis Clericalibus, quae spiritualibus militiae insignibus spoliatur.

Differt 1o. actualis a verbali, quod in ista proprium Episcopum assistentibus sibi aliis 6. Episcopis in condemnatione Presbyteri, vel a. in condemnatione diaconi vel subdiaconi, iuxta c. Felix. et seq. 15. q. 7. in criminosum pronunciat. Ex decreto vero Trid. sess. 13. c. 4. de Reform. coram tot infulatis Abbatibus vel si tales commode interesse non possint, coram aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis Clericis. Ad actualem vero accedit Episcopus, et sine aliis Episcopis aut Prelatis, ut colligitur ex c. 2. de excessibus Prelatorum.

Differt 2o. verbalis ab actuali, quod ista sit actus ad Episcopi ordinis ex Ecclesiae institutione annexus, quod primum a solo Episcopo consecrato exerceri potest, sicut notavit gl. communiter recepta in c. transmissam. Ex. de talibus. Ad verbalem a. non requiritur ordinis, sed solius iurisdictionis.

Vero Differunt 3o. quod ad verbalem procedere possit Episcopus non consecratus, imo quod ea committi possit, et vicario generali, iuxta Trid. cit. c. 4.

Ad actualem vero solus Episcopus consecratus, et quod eam nulli committi

possit

potest, quia Episcopo consecrato, qui illa ordinis est, non iurisd.

Differunt 4°. quod realis ad gradum fieri debeat praesente Judice saeculari, ut reum tanquam exutum iam Eccl.cis privilegiis in suum forum seu iurisd.m recipiat, cum ad praecaue tum officiari, ut citra mortis periculum saeciam circa eum moderari velit, ne Ecclesia cuiusque hominis necem considerare videatur. c. Nonnumquam ad Ex. sig.

Ex alia a. solummodo coram Episcopo 4° enumeratis fieri debet.

Crimen ob quod Clericus ad gradandum et consequenter Judici saeculari tradendum est, debet esse unum ex gravioribus quorum aliqua iure expressa sunt:

1.m Crimen haeresis manifestum, si in eo rei pertinaciter perseveret, c. ad abolendam. c. quoniam. ad haeret. Si a. se corrigere paratus sit, recipi licet, in perpetuum carcerem tradi potest, sicut gl. in c. 1. ad haeret. in 6.

2.m falsam litterarum Papalium. c. ad falsariorum. ad crimine falsi.

3.m solemnia frequentata, sicut aperte colligitur ex constitutione Pii V. Ex privilegio Clericali. Ita Bulla 7. In qua omnes Clerici saeculares et regulares, cuiuscumque gradus et dignitatis tam divinis nefas exercentes, ut privilegio Clericali, omnique officio, dignitate et beneficio Ecclesiastico eiusdem Canonis mutatione privantur.

4.m Calumnia proprio Episcopo virogata. c. si quis Sacerdotem. 11. q. 1. si incorrigibilitas accedat, gl. in c. cum non ab homine. ad Judicijs. idque cum est omni crimini enormi, atque mortis poena digno in laicis, v. g. homicidio simplici, ut ob tale crimen iterato commissum saeculari magistratui tradi, seu relinqui potest. Si alijs poenis ab Ecclesia infligi solitis corrigi non poterat. Ita cit. c. cum non ab homine. 5. Denique seu ad iure seu ad consuetudinem, ob aliud crimen nimis enorme, atque reipubl. valde pernicioso Clericus ad gradum et saeculari Judici tradi potest docent Abb. in c. ad si Clerici. n. 39. ad Judicijs. Sylv. Ex. ad gradum. q. 2.

Exemplicatio, homicidium non simplex

sed qualificatum, vid. parricidium vel simile, item ob furtum a simplex sed valde qualificatum et sacrilegum, cum n. pro eiusmodi criminib. qualificatis, ac valde enormib. Ecclesia non habeat condignam poenam, merito rei judici saeculari relinquitur, vide hac de re disputante Covarruv. 2. resolut. c. 20. n. 7. Ad ultimum —

Nota quod Magistratus saecularis in causa haeresis vel alterius mere Eccl.ci criminis cognoscere non potest, sed solum exequi sententiam Declaratoriam sententiam a judice Eccl.co mixtae. ut Inquisitionis. 8. prohibemus. Decret. in 6. At vero in crimine non mere Eccl.co potest petere a judice Eccl.co processum, ut eius iustitiam cognoscat, et postea reum sibi traditum suique fori effectum puniat. Abb. in c. 1. n. 12. de off. ord.ii

Singulare est in Episcopis, ut causae criminales contra eos, quae depositione aut privatione dignae sunt, ab ipso tantum Summo Rom. Pontifice cognosci et determinari debeant, nec necessario extra Rom. Curiam committendae causae, quae casu solis Metropolitanis, vel Episcopis committuntur, ita tamen, ut hi non nisi facti intrinsecum sumant, processumque conficiant, servata eid. Summo Pontifici sententia definitiva. Ita Trid. sess. 24. c. 5.

Tit. XXIII.

De Ecclesiasticis Censuris, et Irregularitate.

Pars 1.a De Censuris in Communi.

Cap. 1.m

Quid sit Censura?

Censura Romanis significabat sententiam Censoris mores corrig-

corrigentis, aut pœna decernentis. Hodie est pœna spiritualis per quam homo baptizatus delinquenti, ac contumaci per Eccl.cam partem quorundam spiritualium bonorum usus auferetur, donec a contumacia recedat.

Dicitur (pœna spiritualis) privans usu spiritualium &c: pro cuius illustratione

— Nota 1.o Censura est pœna mere Eccl.cam, quia per se primo ac principaliter versari debet circa rem spiritualem vel potius privationem rei spiritualis; circa res vero temporales, quarum et quat. referuntur ad spiritualia.

Nota 2.o bona spiritualia est quedam propria, quia ut dona gratiæ fides, spes &c: quedam Publica seu communia, ut Ecclesiæ suffragia spiritualis iurisdictio, sacrificium, et sacramenta &c: Priorib. bonis Ecclesia nemine spoliat, spoliat a posterioribus. — quia omnis bene constituta respublica potest subditos suos ob culpam eorum privandi bonis communibus.

Nota. 3.o vib. bonis v.g. spiritualis officio aut beneficio duobus modis aliquem privari potest. 1.o quoad usum tantum, et hoc proprium est censuræ. 2.o quoad ipsam quoque facultatem, quod praestant irregularitas, Apostolo, Aggradatio, cessatio a divinis, quae proprie censuræ non sunt.

Ex quo alia rursus discrimina emergunt, — 1.o Censura est medicinalis, quia tolli debet per absolutionem rei, quod imprimis is emendatus est. quia per eam non intenditur punitio, sed emendatio peccantis.

Irregularitas vero et Apostolo tolli debent per dispensationem, aut relaxationem legis vel sententiæ. 2.o Apostolo, Aggradatio, cum sit pura pœna, ferri debet, ob peccatum mere praeteritum est emendatum, at vero censura, cum sit potius medicina, non decernitur ob peccatum mere praeteritum, sed quod tractum successivum habet, et in quo peccator pertinaciter adhuc persistit. 3.o Apostolo, cessatio, a divinis &c: non incurrunt ad Iudicis sententiam, quia est pœnæ gravissimæ. et non statim auferuntur, tametsi delinquens emendatus sit. Censura vero ipso

intellectu

ut tum jure ipsum ob delictum, quia sunt poenae medicinales, & ferumque occultae, à quibus facilis absolutio post emendationem concedatur.

Caput 5m.

Quotuplex sit Censura?

1o. Censura dividitur in Excommunicationem, Suspensionem & Interdictum. Ita Innoc. III. c. quaerenti. de sig. ex b.

Irregularitas non est censura, quia concessa alicui potestas absolvendi à Censuris non extenditur ad irregularitates, quippe quae non per absolutionem sed per dispensationem tolli debent. Porro unaquaeque ex dictis Censura species sub se habet, quod alia sit à jure, quae lege lata est, alia ab homine, quae per judicis sententiam infligitur. Inter quas hoc discrimen est, quod censura lata per sententiam vim suam amittit post mortem ferentis, ut nemo eam deinceps incurrere possit, quamvis si antè occurrerat, eâ ligatus maneat, donec absolvatur. At 2o. Censura juris perpetua est. Censura quae ab homine est, subdividitur in eam, quae alicui ob contumaciam nominatim infligitur, & in eam quae per generalem sententiam fertur. de qua divisione c. Romana. de sent. Excom. in 6.

2o. Dividitur in eam, quae est latae sententiae, & in eam quae est sententiae ferendae. Caeterum quibus loquendi formulis significari soleat censura sententiae latae, & quibus sententiae ferendae passim apud DD. reperies. Quod si verba ambigua sint, potius iudicari debet censura sententiae ferendae, quam latae, quia in poenis benignior est interpretatio facienda. Juxta Jur. Reg. 49. in 6.

Enimvero dubia verba censurae, Excommunicatus sit, anathema sit &c.

sit &c:

Caput 3m.

Quis Censuram ferre possit?

Rs. 1o. omnis & solus prelatus Eccl.cus in foro externo Jurisd.m obtinens, ordinario iure censuram ferre potest in subditos sibi contumaces. Ratio 3. quia prelatus Eccl.ca fori externi ordinarius ad Christianam disciplinam servandam per leges, praecepta &c: hoc a. prelatus informa foret, nisi contumaces propositis poenis ad obedientiam compellere posset.

Rs. 2o. quod ordinariam prelatum debet, censuras ferendi, eam cuivis Clerico, Clericalib. privilegiis gaudenti committere potest, ex c. praeterea. de offic. deleg. Ab hac responsione —

— Excluditur 1o. Clericus coniugatus, praeterquam si Vnicam, eamque virginem duxit, ab eaque se separavit, edito utrinque castitatis voto. c. sane. de Clerico coniugato. 2o. laicus, quia laici Eccl.ca negotia tractare non debent. 3o. Excluduntur foeminae omnes et Abbatissae. arg. capitis. de Monial.o de sent. Excom.

Inter hic. Ut. mulier iure divino incapax sit huius potestatis, Censuram ferendi! adeoque neque summus Pontifex talem ipsi facultatem committere potest! An vero mulier perinde ac masculus laicus iure Eccl.co (in quo Papa ex plenitudine potestatis dispensare potest.) ab eiusmodi speciali Jurisdictione arceatur!

Rs. probatur, mulierem iure tantum Eccl.co prohiberi, adeoque ex commissione & quoad Jurisd.m Eccl.cae exercitium capacem esse.

Probatur ex S. Th. Mulier nec ordinis nec Jurisd.is clavem debet, committere a. ei aliquis clavium Jhus, hinc ordinis prelatus aut Episcopus, sub cuius obedientia Moniales vivunt, Abbatissae &c. quae alias non tem:

porale

vrale p̄tem h̄t, moniales gubernandi ac p̄ripiendi ea, q̄ ad bonam Mon̄ij gl̄em p̄tinent, tanq̄ p̄ familias, q̄ iusta ac debita h̄t, domesticis p̄ripere p̄t. Ꝫ aliquem vsum Jurisd.ⁱ saltem indirecte committere p̄t, vt si monialib. à p̄lato ordinis p̄ceptum imponat obediendi, abbatissæ p̄ripienti aliqd, in tali cāa ad sp̄tem finem p̄tinente.

Obijcit. Excōicatio et alia Censuræ p̄tinent ad p̄tem Clauium, hæc a. à Chro solis Ap̄lis data est, ijsq̄ q̄ aliq.ª rōe Ap̄lis succedunt, cuiusmodi n̄ p̄t fœminæ.

Rs. Duplicem esse Clauem, ordinis scil. et Jurisd.ⁱ Illius incapax est dic Mulier huius a. capax esse p̄t saltem ex commissione, et quoad exercitium, sicut et mere laicus capax est. c. 4.

Cap. 4.m

In quos Censuræ ferri possint?

Rs. In solum hominem, q̄ seqq. condiciones h̄t. 1.º vt sit baptizatus. 1. Cor. 5. qd n. mi de ijs, q̄ foris h̄t, iudicare? 2.º h̄o viator. iuxta Matth. 16. quodcunq̄ ligaueris &c: Hinc mortuus n̄ p̄t excōicari.

Obijcit. Exan. vlt. 24. q. 2. vbi dr̄, hæreticos et post mortem anathematizari pōt.

Rs. Synodum quintam gen̄lem loq̄ ibi ad excōicatione impropriè dicta, Nam aliqs exigente eius crimine p̄t excōicari, ita vt p̄ripiatur fidelibus, vt abstineant ab Eul.ca eius sepultura, publicis p̄rib. &c: q.ª sancti rōe facultas dari p̄t, vt is, q̄ editis poenitentiæ signis mortuus est, in loco sacro sepeliatur, publicæ p̄res, sacrificia &c: p̄ eo offerantur, licet directe n̄ sint is, qui in excōicatione, tametsi editis poenitentiæ signis mortuus est, directe absoluj.

3.º vt sit

3º Ut is sit rationis & doli capax. hinc infans & furiosus non possunt excommunicari. 4º Ut sit subditus. quia par in parem aut superiorem non habet imperium. Hinc —

— 1º Si Episcopus alienae Praelatus generalem censuram ferat, v.g. si quis tale crimen admiserit, excommunicatus esto. talis censura non extendit se ad advenas & peregrinos breui tempore ibi commorantes. Ratio est. quia nondum sunt subditi statuentis, prius n. requiritur ut aliquis sit subditus, quam ut statuto ligetur.

Obijcitur. talis criminosus v.g. fur, peccat, quo sortitur forum ratione delicti & consequenter fit subditus.

Rs. talem peccare quidem contra legem, quatenus ea communis est, omnium gentium, ipsiusque Naturae, & ratione huius peccati subditum fieri, ideoque citari posse, atque ecclesiasticis censuris compelli, ad satisfaciendum, Non n. peccare contra legem, quatenus est statutum huius diocesis.

2º subditus non incurrit excommunicationem latam per statutum proprie diocesis, si quis illud agat extra diocesim, vel in loco exempto ~~extra~~ exempto intra diocesim existenti, quia extra territorium jus dicti impune non paretur. Sed hic —

Inquiritur de censura lata per sententiam, ut si subditus contra sententiam superioris sub excommunicationis v.g. poena aliquid praecipientis vel prohibentis agat extra diocesim, vel in loco exempto, utrum censuram incurrat?

Rs. quod talis est extra territorium obligari potest. quia ista sententia se habet per modum praecepti & non statuti, inter quae hoc dissimen est. — Statutum n. immediate tendit ad territorium, illique coheret, atque ita neminem ligat extra territorium — Praeceptum vero & sententia immediate tendit ad personas subditas, earumque ossibus coheret, quocumque terrarum dispesserint. Obiicitur 2º superior subdito dispensare aliquid praecipiens sub censura, non fert sententiam extra sed intra

territ.

territorium suum, licet sua commisso crimine incurrant extra territorium.

Caput 5.m

Ob quam Causam Censura ferri possit?

Rs. 1.o Nulla Censura Eccl.ca ferri potest ob peccatum mere internum, quia Ecclesia non iudicat de occultis.

Rs. 2.o Excommunicatio maior et fermè est aliae Censurae ferri non potest, nisi ob p.m. Ratio est, quia poena debet esse commensurata culpae, cap. felicis. de poen. in 6.

Rs. 3.o Non ob quodvis p.m. ferri potest Censura, sed debet esse peccatum inobedientiae et contumaciae, per quam rei Ecclesiae monentis authem spernere censentur. Probatur ex c. 18. Matth. si Ecclesiam non audierit &c: Ex his —

Collig.r 1.o quod ad censuram incurrendam sufficiat inobedientia gradus, et exemplum interpretativum.

2.o Ad censuram incurrendam semper requiritur praeceptum Ecclesiae, et non sufficit Iuri clio contrarium peccatum.

3.o Censura nunquam infligenda est, pro peccatum mere praeteritum est gravissimum. Ratio est, quia censura est medicinalis non mortalis.

4.o censura non est infligenda, nisi praecedente admonitione, quae est Can.ca sit, trina esse debet interposito duorum vel trium dierum intervallo; Potest et unica monitio sufficere, praefixo eo temporis spatio, quod pro trina requiritur. Item n. admonitio requiritur ad censuram ferendam, Dignd.m est — Aut n. censura Iuris incurritur, aut ab homine est ferenda; si censura Iuris incurritur, non requiritur admonitio, quia ipsa lex sub tali comminatione lata continuo admonent; si ab homine fertur, tunc

vel est

vel est pro culpa praeterita vel praesente, in qua reus contumaciter persistit, vel pro culpa futura, v.g. quicunque hoc fecerit &c:

Si posterius, non opus est admonitione; quia praeceptum Judicis continuo monet; Si prius, opus est admonitione, ne forte reus emendatus puniatur.

Sed quid si is ipso facto excommunicationem contraxit, tantum a Judice denunciandus sit; ?

Resp. est istum citandum esse, data illi copia defensionis, quippe quae iure naturali debetur; nisi crimen adeo notorium existat, ut manifesto constet, nullam defensionem aut excusationem reo competere.

Nota h. 1.° quod si quis cum ignorantia non crassa seu supina, agit contra id, quod sub comminatione censurae praeceptum, vel prohibitum est, censuram non incurrat; ratio est. quia ad incurrendum censuram requiritur contumacia, quia Ecclesiae censuras ignorat, non censetur contemptor clavium, ut hoc non solum illegitimum est ad ignorantiam iuris, sed etiam facti, atque adeo ad ignorantiam gravitante, ut inconsideratione sive oblivione legis Eccl.ae non crassa.

Ratio est. quia ignorantia ut ingenuitas ratio aequiparatur: Si dum tametsi aliquis sciat opus prohibitum esse, et Eccl.ca lege, si tamen ignoret antecedentem Eccl.cam censuram, eam haud incurret.

Dixi (: non ignorantia crassa &c:) quia si ignorantia crassa aut supina multo magis affectata sit, censura ligabit, requiritur, ut aliquis susceperit cogitationem impositae censurae.

Nota. 2.° ordinarie quia ex gravi metu mortis, infamiae, &c: transgressa praeceptum Ecclesiae, is non incurrit antecedentem censuram, etsi quandoque a culpa mortali non excusetur. Ratio est. quia ex metu delinquens non censetur contumax.

Dixi (: ordinarie :) quia in capite Sacris. de iis qui vi metusque quod ex metu agens non effugiat excommunicationem, quod pro tunc illegitimum est,

cum non per censuram prohibita ratione talis prohibitionis ac circumstantiae intrinsece mala redditur, tunc eam quamvis ob gravem metum exercens contra Eccl.cam et legem delinquit, et censuram eius incurrit;

Exemplum habes, si sacerdos excommunicatus confessiones audire et absolvere praesumat etc:

Caput 6.m

Quib. Casib. censura iniusta et quib. et invalida sit.

Rs. 1.o quod forma Iudicij in Censura ferenda non observatur, censura est iniusta, non a. invalida, quatenus accidentali defectu laborat, Nam ut Can.ca sit, debet admonitio trina antecedere, sententia proferri coram testibus, ex scripto inserta causa, et exemplum Scripturae reo tradi.

Quod si Iudex talem Iudicij formam in excommunicatione, suspensione vel ferenda temere et sine iusta causa praetermittat, uno mense ab ingressu Ecclesiae et dictis officijs suspensus manet. Sub qua poena non intelligitur Episcopus;

Rs. 2.o sententiam invalidam esse ex 3plici causa. 1.o ob defectum ferentis, si Iurisdictione vel simpliciter careat, vel impeditam habeat per Censuram Eccl.cam, vel dum suspensam per legitimam appellationem, quae interposita fuit ante sententiam absolute a Iudice latam, Nam si sententia Censurae validè in aliquem lata sit, eius effectus per sequentem appellationem non suspenditur, nec appellationem admittit, tunc n. Iurisdictionem in tali casu a delegato suo revocare censetur.

2.o Est invalida ob defectum causae iustae, quae 3b. modis deficere potest, 1.o si a parte rei causa subsistat, sed non in ordine ad iudicium. 2.o si a parte rei causa non subsistat, licet

Iurisdictio

Juridicè q̄ reum demonstrent. 3° si nec reipsa nec sm̄ allegaōis crimen subsit, q° postremo mō lata Censura haud dubiè nulla est. §. — 1° mō lata, etsi Judex crimen occultum privatâ notitiâ perspectum habeat, irrita censeri debet, qa is publicam personam gerens sm̄ publicam Notiam indicare debet. 2° vero mō lata censura innocentem, q sm̄ probata nocens censetur, reipsa vel in gl̄ia foro n̄ privat Ecclia suffragijs, alijsq; spirit. facultib. nullo eiusmodi sua necessitem imponit existimato reo, vt in facie Ecclia abstineat, à Sacramentorum usu, donec vel absolutus sit, vel innocentia ipsius atq; error censurae publicae innotuerit.

Ratio prioris est, qa Ecclia n̄ habet ptem innocentem ligandi.

Ratio posterioris est, qa Judex ex officio suo obligatus est, vt in iudicio sm̄ allegata vel probata sniam ferat, vt reo praecipiat, tametsi privatâ Notiâ eund. innocentem cognoscat.

Not.m h. 1° si Clericus innocens tantum excommunicatus actum sui ordinis exerceat, n̄ q̄ here irregularitatem, poē tm̄ talem, si v.g. celebret, si in iudicio de hac re convincatur, tanq; irregularem à Judice condemnari;

Not.m 2° Assistalis cum scandalo & apparente contemptu Eccl.ae ptis celebrare pergat, & monitus desistere nolit, cum tunc de novo verè excommunicari poē.

3° rationem Censura invalida, si substantialis ordo Judicij pmittatur, puta si reus n̄ citetur, & ad sui defensionem admittatur, in casu q° factum Notorium n̄ est, semp tm̄ antiq; Censura in aliquem feratur reus monitio, n̄ tm̄ semp trina;

Caput 7m

Caput 7.m

De Absolutione à Censura.

Rs. 1.o Censura nullo alio mo pt tolli, q̃ legitimi Judicis absolutione, qa vera p legitimam Judicis sniam inflicta transit in rem iudicatam, ideoq. n finitur morte aut depositione Judicis &c.

Nota, q licet censura, ut valide ferat, necessario requiret antecedentem contumaciam, posteaq̃ tn contracta est, per seipsam n cessat deposita contumacia, sed a Judice per absolutionem tolli &c.

Rs. 2.o A censura lata per sniam particularem, is solum absolvere pt, qui eam tulit, vel eius superior, successor, aut delegatus; ratio est. qa Judicialis causa per rei citationem coram proprio Judice cepta est, qo si alius Judex quaq. (pter superiorem, successorem, vel delegatum) se intromittat, Reum absolvere tentet, manifesto eius Juris dm violat — Verumtn si ligatus excommunicatione seu ab hoie s. à Jure inflicta, satisfacere paratus sit, sed longe distet ab Auctore, cui absolutio reservatur, pt interdum ab inferiore absolvi, prestita cautione, q quamprimum potuerit conspectui Auctoris se praesentare velit.

Rs. 3.o A censura lata ab hoie per sniam generalem, ois ille absolvere pt, cui vel Jure ordinario vel ex privilegio concessum est, absolvere à Censuris iure seu statuto impositis. ratio est. qa cum censura contineat praeceptum, ideo aequiparatur in hac parte censurae Juris, sive statuti.

Rs. 4.o A Censura Juris vel sniae generalis, quam Auctor sibi reservavit, nemo absolvere pt, pter ipsum eiusq. successorem vel delegatum. Porro in delegatione à Censuris absolvendi, dignum est, alia delegatio Particularis fit

Ad termi

determinatae personae vel interdum in ordine ad certam causam;
Alia est Generalis, v.g. ob. Epis, ob. confessarijs &c:
Generalis alia est ad certum tempus, ob publicam causam ut fit in Jubileo; — alia per modum privilegij perpetui, quale est privil.m religiosis mendicantib. concessum, absolu.di a quibuscunque Censuris, ijs exceptis, quae in Bulla Coenae continentur. Cuiusmodi gratia concessione (quali est in Jubileis fieri solet.) comprehenduntur quoque Censurae, quas Epi diocesano statuto vel gratia sua sibi reservant. Interdum delegatio fit, ut valeat in foro Conscientiae tantum, cuiusmodi est privil.m regularium, interdum ut valeat in utroque foro, ut si absolute concedatur facultas absolvendi, in dubio accipi debet de utroque foro, quia gratia Papis lat.me interpretanda est. Interdum vero ex circumstantijs colligitur, non fuisse mentem Pontificis delegare potestatem absolu.di a Censuris, cum praeiudicio fori externi, puta cum in Bullis Jubilei datur potestas confessarijs absolu.di ab ob. petitis de Censuris, illi debet in ordine ad forum conscientiae tantum. quia forum conscientiae, et forum externum valde distinctum est, siquidem in illo praecipue spectatur animae salus et divinae offensae compensatio: In hoc vero ad publicam et vindictam et reipubl. satisfactionem attendi debet.

Quaeritur 1.o quid absolutio a Censura in foro conscientiae data pro foro et externo prodesse possit.

Resp. cum distinctione; vel Censuram fuisse Notoriam vel privatam: si Notoria fuit, absolutus perinde a Sacris Kalijs, reb. quae excommunicato interdicuntur, abstinere debet, ac si absolutus non esset, quamdiu de legitima eius absolutione non constat. Si occulta fuit, tunc non prohibetur, quia ab ea in foro Conscientiae absolutus est, et publice celebrare, nec si postea Censura in foro externo inatescat, tanquam irregularis propter celebrationem puniri potest, praeterea absolutus in foro interno, qui publice erat excommunicatus, ut

irregula=

irregularis puniri, si publicè celebret, non tamen necesse est.

Quaeritur 2°. quibus modis absolutio fiat!

Resp. 1°. potest fieri pure & simpliciter, ut absolvo te ab excommunicatione quam incurristi. 2°. sub conditione: 3°. ad cautelam, ut absolvo te &c: si indiges, & hic modus frequens est.

4°. datur absolutio ad reincidentiam, idque duobus modis; 1°. ad certum effectum, ut spiritualis testari possit &c: 2°. datur absolutio ad reincidentiam, cum certa conditione, quam nisi absolutus intra praefixum tempus adimpleat, v.g. parti Caesae satisfaciat, in eand. rel. potius similem censuram denuo incidat. Dixi (similem) quia censura non est eadem, cum regerat novam pertinaciam, & consequenter novam judicis sententiam.

Pars 7da

De Censura Excommunicationis.

Cap. 1m

Quid & quotuplex sit Excommunicatio!

Excommunicatio est censura, per quam aliquis ab Ecclesiae communione separatur; Dividitur in Maiorem & Minorem — Maior est, quae a communione fidelium simpliciter separat; Minor, quae a communione fidelium separat secundum quid. videl. secundum usum passivum sacramentorum. Derivatur Maior excommunicatio a Christo, fundamentum n. habet in verbis eius, si Ecclesiam non audierit &c: & 1. Paul. ad Tim. 1. Consistit — essentia eius in separatione & eiectione extra communionem

onem Eccl.ae. Ubi — Not.m 3plem esse fidelium communionem, 1.o purè internam — quae consistit in fide, et charitate, per quam fideles inter se et cum Christo mysticè copulantur. 2.o purè externam, consistentem in fidelium convictu, collogio &c: 3.o mediam seu mixtam, quae in exterioribus actibus vel ceremoniis existens, interiorem ac spiritualem fructum ex propria institutione continent, jam per certum est — 1.o quod Eccl.ia non potest privare aliquem communione bonorum, merè internâ, quae est per fidem &c: quippe quod nemo invitus spoliatur.

2.o quod Eccl.ia excommunicatus non privet fructu orationum, satisfactionum, quas alii fideles proprio nomine et privatâ intentione ipsi applicant.

Ratio est, quia hujusmodi opera pia cuiusque operantis propria sunt, ideo ad ipsius liberam applicationem et non ad Eccl.iae dispensationem spectant, hinc — Collig.r, posse aliquem per excommunicatis privatâ intentione Deo offerre, donem sacrificandi, vel Horas Can.cas recitandi, quat. est opus proprium operantis, non a. quat. publicè sunt, imò posse orare in Memento et offerre sacrificium tanquam persona privata — Jam igitur —

Ad 1.o quod Eccl.ia contumacem per excommunicationis Censuram privare possit omnibus suffragiis &c: Item interdicere usu tam activo quam passivo, sermonum et sacrificii, quat. ea materia publica sunt et Eccl.iae dispensationi à Christo demandata.

Ad 2.o quod Eccl.ia interdicere et possit externam societatem fidelium. Ratio est, quia respubl. quaevis potestatem habet subditum rebellem à reliquorum concivium consortio excludendi, tum ne alios morbi contagione inficiat, tum ut ipsi tanto magis pudefacti citius resipiscant. Hinc Collig.r 1.o excommunicationem esse poenam, quae nulla maior in Eccl.ia est. Unde non nisi praemissis monitionibus inferenda est.

Collegio 4.° Collegium sive quodvis aliud corpus politicum simul ac collective excommunicari non potest, ne incrementes puniantur;
Et tamen sententia excommunicationis, si tota communitas contumax sit, in omnes sigillatim ac determinate proferri.

Caput 5.ni

De Effectib. Excomunicationis.

Duodecim in hoc cap. enumerantur, 1.mus est, excommunicato interdictam susceptio sive usus passivus sacramentorum. Excusat tamen gravis necessitas ob evitandum periculum mortis, infamiae &c: quia lex Eccl.ca non obligat cum tanta severitate.

Not.m h. quod etsi aliquis sine necessitate illicite sacramenta suscipiat, sciens se excommunicatum esse, nihilominus valide ea suscipit, quia natura & virtus sacramentorum ex Christi institutione dependens iure Eccl.co impediri non potest.

Excipiuntur tamen sacramentum Poenitentiae, quod saltem indirecte invalidum redditur, propter indispositionem poenitentis, nisi excommunicatus bona fide peccatorum confessionem instituat, tunc nihil obstat, quo minus vere de sacramentali absolvatur a peccatis, remanente censura. 2.us est, excommunicatus privatur communi Ecclesiae suffragiis, quae ex publicis ministrorum officiis fidelib. provenire solent, item fructu indulgentiarum. Ratio est, quia Ecclesia est dispensatrix horum bonorum, ut proprium ea indignis contumacib. denegare possit, ad maius bonum tum publicum tum privatum ipsius excommunicati.

Praeter 1.° Ut excommunicatus, si in procuranda absolutione negligens sit, peccet etiam contra Eccl.cam praeceptum de audienda Missa, annua confessione & Paschali communione.

Ad 1.° Non peccare contra praeceptum audiendae Missae, quia praeceptum de audienda Missa nimis remote obligat, ut aliquis

se ad illud implendum disponat.

Ad 2.um Excommunicatus vel Interdictus in excommunicatione persistentem peccare quod praeceptum suscipiendi sacramenta poenitentiae et Eucharistiae. Ratio est, quia illa praecepta per se obligant ad mundandam animam.

Quaeritur 2.o Utrum excommunicatus cum primum a contumacia recessit, et per contritionem vel confessionem justificatus est, communium suffragiorum et satisfactionum particeps fiat, praesertim si per ipsum non stat, quo minus per iudicis sententiam absolvatur.

Ad 2.um Negative. Ratio est 1.o quia Summus Pont. c. Sacris. de sent. excom. Tradit pro excommunicato, qui ante absolutionem mortuus est, tametsi manifesta poenitentiae signa dederit, neque eleemosynas neque oblationes recipiendas esse, neque publicas orationes instituendas esse. Quo

Ratio est 2.o Quod censura excommunicationis non sit culpa, sed poena, quae ablata est culpa, permanet, donec a Judice remittatur. 3.us est excommunicato prohibitum est, ut actum sacramentorum. Ita c. Ult. de Cleric. excom.

Ratio est, quia ministratio sacramentorum cum sit ministerium publicum et Ecclesiae commissa, Ecclesia eam indignis ac contumacibus Jure interdicere potest.

Excipitur casus necessitatis, qualis censura Eccl.ca unaquaque comprehenditur.

Sed quid si excommunicatus extra casum necessitatis sacramenta administret, ?

Resp.n excommunicatum valide sacramenta administrare, excepto sacramento poenitentiae; Ratio est, quia ad eius administrationem non tantum potestas ordinis regitur, sed et Jurisdictio, quae per sententiam excommunicationis auferatur. Sine absolutio irrita est, quae fit ab excommunicato non tolerato, nec publicus error facti cum titulo praesumpto intueriat. Unde regula est: Quotiescunque excommunicatus non toleratus exercet actum provenientem aut dependentem a potestate Jurisdictionis irritus censendus est, ut approbatio Confessariorum data facultas matrimonio assistendi &c: 4.us est, excommunicato prohibitum est, diu offa celebrare ipsum interesse, ut est missae sacrificium,

Horae Can.cae praescr. Ita cap. sufficiunt. Ad sent. excom.

Porro privatim orare vel conciorem audire dum nulla nullum officium divinum celebratur, excommunicatis prohibitum non est, quare si alias ratione ordinis aut beneficii obligationem officii Can.ci recitandi aliquis habuit, eam per excommunicationem haud liberari, in quo tamen non debet dare, Bus vobisc. 5.us est, excommunicatus inhabilis est ad quodvis beneficium Eccl.cum c. postulastis. &c. ult. de Cleric. excom. Idque verum est, tametsi excommunicatus ad tolerantiam suam excommunicationem ignoret, & hoc verum est. 1.o in omni dignitate Eccl.ca per Papalem. Ratio est, quia cum excommunicato communicare non debemus.

2.o in pensione mere spirituali, non a temporali seu laica & mixta: quae licet ab spirituali ministerium non conferatur, tamen statum Clericalem requirit. Ita Declarat. Cardinal. Sess. 41. c. 7. 6.tus est, rescriptum sedis Apostolicae ab excommunicato impetratum ipso jure irritum est, sita c. 1. de Rescriptis in 6. Aliorum vero in Exiorum praelatorum gratiae non sunt ipso jure nullae, quia de his gratiis nullus textus extat. 7.us excommunicatus privatur omni usu suae exercitio jurisd.is spiritualis, ut proinde omnia eius acta invalida sint, ut videre est in c. Audivimus. 24. q. 1. & c. si is cui. de offic. delegati. in 6. Plures citationes vide apud Laim. lib. 1. tract. 5. part. 2. c. 2.

Nota h. quodque circa hunc effectum dici potest, solum illi debeant de excommunicatis non toleratis, nam acta excommunicati tolerati quales hodie sunt omnes non nominatim denunciati, neque notorii Clerici percussores, puta excommunicatio, & quae judicialis sententia &c. valida sunt, non opposita exceptione repellantur. Quin imo si actus proprius personae Eccl.cae jurisd.is non sit, uti est Matrimonium assistere, aliquem ad religionis professionem admittere, irrita censeri non debet, ubi fiant ab excommunicato, aut suspenso non tolerato. 8.us excommunicatio privat communione forensi, id est non potest esse Judex, tabellio

advocatus

Advocatus &c: ita c. decernimus. Ad sent. excom. in 6. c. ad probandum. Ad sent. & re iudicata. Si excommunicatus non sit toleratus, si sit toleratus, potest quidem repelli; si excommunicatio nota sit, non tamen ad hoc Iudex obligatur, hinc acta excommunicati non tolerati irrita censeri;

Ratio est — quia Iustitia Iudicij vitiatur, si defectus sit in Iurisdictione, non tamen obstat, quo minus excommunicatus in causa tum Civili tum Criminali tanquam rei conveniri possit, nec ex propria Malitia commodum reportet.

9.mus est, excommunicato prohibita est omnis Civilis seu politica communicatio fidelium, quae fit per verba nutus, litteras, munera &c: vel quoque per quomodo amicitiae signum, vel osculum, salutationem &c. c. 2. et exceptis. Et hoc obligatio non communicandi est reciproca, ut non tantum excommunicatum afficiat, sed et ipsos fideles. Excusat tamen probabilis ignorantia tam Iuris quam facti, item causa pietatis, necessitatis, vel utilitatis, quae hoc ipsum comprehendunt —

— Utile, lex humilis, resignorata, necesse.

10.mus est, si excommunicatus toto anno contumaciter in excommunicatione sordescat, contra ipsum tanquam ab haeresi suspectum procedi potest: Trid. sess. 25. c. 3.

11.mus si excommunicatus ante absolutionem moriatur, privandus est Eccl.ca sepultura, sicut et funebri, Eccl.co officio, quia haec censetur quaedam cum mortuo communicatio, c. Sacris de sepulturis.

Porro quod cum contemptu Clavium Ecclesiae defunctorum corpora interdicti tempore vel excommunicatos vel usurarios manifestos in loco sacro sepelire praesumunt, ipso facto excommunicationem incurrunt;

12.mus est, quod quicumque excommunicato non tolerato extra casus iure expressos communicavit, ipse quoque censuram minoris et interdum maioris excommunicationis incurrat. Ad quae cap. seq.

Cap. 3.um de Excom. Minore.

Istud folium

seu Facies

Vacat

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Caput III.m

De Excommunicatione Minori.

Imprimis Supponendum est, Excommunicationem cum excommunicato esse esse triplicem. Alia est in Crimine, alia est in Divinis, alia est Civilis s. Politica. Communicans in crimine contumaciae criminosi, sortitur Maiorem excommunicationem incurrit. cap. si Concubinae. de sent. excom. si scienter id fiat. At quia excommunicatione absolvere pertinet ad eum, ad quem de Jure pertinet, absolvere ab excommunicatione propriali; Communicans in Divinis est in beneficiis Eccl.cis conferendis peccat mortaliter, nisi materiae parvitas a culpa gravitate excuset, puta, si aliquis cum excommunicato non tolerato assistat Missae usque ad Evangelium. Communicans in communicatione mere Civili peccat tantum venialiter, quia talis communicatio valde vulgaris est, quia ergo iam cum excommunicato tum in sacris tum in politicis negotiis iusta causa non excusatur, adeoque non sine culpa mortali aut veniali communicat, excommunicationem Minorem incurrit, c. statuimus. de sent. excom. in 6. Minor a. excommunicatio est censura per se solum privans usu passivo et susceptione sacramentorum. c. peccet. de sent. excom.

Quae censura 3. effectus habet, unum primarium et duos secundarios

primarius est, quod mortaliter peccet, qui tali censura ligatus absque iusta necessitate sacramentum aliquod suscipit, ita cap. ult. de Cleric. excom.

Indirectorum s. remotorum 1us est, quod minore excommunicatione irretitus peccet saltem venialiter, si sine necessitate ratione sacramenta miniret per quandam irreverentiam. 2us est — quod ea ligatus ad beneficium Eccl.cum digni non debeat, sed eleemosynae infirmanda sit, nisi dictus ignoraverit suam excommunicationem, quo casu admittenda est, quia in c. ult. de Cleric. excommunicato (dicitur scienter) quod vocula

superflua

supplicaret, hoc excommunicatio non tantum incurritur per culpabile
ignorantiam, cum excommunicato non tolerato, sed et ab hoc decerni
potest, ut in reg. S. P. N. Benedicti freyner legitur.

Quoque a Minori Excommunicatione in externo foro quis ordinarius
Eccl.cus Judex absolvere potest, in foro a. interno non tantum Episcopus, sed et
parochus vel quis proprius Sacerdos. Ita c. nuper. eod.

Caput 4.m

Qui Excommunicati sint vitandi.

Cum Principium Excommunicationis effectus sit, Exclusio à Communione,
necesse est explicare, quoniam se prohibitio ista extendat, in quem finem.

Notandum. Antiquo Jure omnes excommunicatos vitandos fuisse,
eo tamen discrimine, ut si excommunicatio publicè Nota fuisset, publicè et
vitarentur ab ijs, qui eam cognitam haberent, c. cum non ab homine. de
sent. excom. In Concilio Divi Constantiensi hoc constitutum Ci-
mitata est, ubi ad evitandum animarum pericula statuit, ut nemo
deinceps, quamquam vere Clericus sententiae aut Censurae Eccl.cae à Jure vel
ab homine generaliter promulgatae in Scrutinium admonitionis receptione
aut alijs quibuscumque reb. dis vel externis vitare, aut interdictum
observare tereatur, nisi sententia vel Censura quae certam personam, Collegium,
Ecclesiam &c: — specialiter à Judice publicata vel denunciata
fuerit, eo excepto, qui ob sacrilegam manuum iniectionem in Cle-
ricum excommunicationem Canonis Notoriè incurrit; pro huius Constitu-
tionis illum —

Nota 1.o Non sufficere aliquem esse nominatim excommunicatum
ut evitari debeat, sed insuper requiri, ut à Judice sive publicè denun-
ciatus sit. Ita collegi ex rebus Extrav. Nota 2.o

Nota. 2º. cum sit triplex Notorium — Juris scil. vel facti, sciendum est — Ut Clerici percussor dicatur Notorius, vel ad denunciationem vitandus, hodie non sufficere Notorium Juris, sed requiri Notorium facti, quod debet esse publicum, quare Notitia trium aut 4. non facit publicum, ut colligitur ex Rubr. Extrau.

Quaeritur h. si sciam vitium in una Civitate publice denunciatum vel Notorium Clerici percussorem fuisse, Utrum debeam eum vitare, et in alia Civitate, ubi eius excommunicatio ignoratur!

Rs. Talem in publico vitandum non esse, sed in occulto; Rad. S. quia a lege antiqua recedendum non est, nisi quat. in lege Nova exprimitur, sed in Concilio Constant.si nihil decretum est, curia modum vitandi, hoc est, sive publice s. occulte, ~~Utrum denunciati sint~~ sed solum circa ultimum excommunicatorum, Utrum denunciati sint necne! Ideo standum est Jure antiquo. c. cum non ab hom. Dispens. excom. Ut excommunicati (illegitime denunciatos.) publice vitentur, quorum excommunicatio publice nota est, occulte vero si publice ignota sit.

Not. 3º. Reliquos excommunicatos toleratos non esse, nisi quis velit esse vitandos, sed cum illis fideles tam in Sacris quam Profanis actib. communicare possunt, non a. debere.

Not. 4º. Cametsi fideles communicando cum excommunicatis toleratis nunquam peccent, contra legem Eccl.cam, tamen interdum peccare possunt contra legem Charitatis, ut si illegam excommunicatum ob meam communicationem in sua contumacia confirmatur vis, vel in suo peccato contumaciter persistentem, non nisi sacrilege sumpta administraturus, quod cum non possum illa ab eo petere, vel ipsi me offerre sine causa necessitatis, vel utilitatis. Imaginis est probabile sit, nullam esse culpam petere sumpta ab eiusmodi excommunicatis toleratis, quia Concilium

fidelib. absolutè concessit facultatem vocandi tam in sacris
quam politicis, quemadmodum ipsos excommunicatos precise ob censuram peccare,
si rogati sententiam ministrent, modo se non ingerant.

Not. 5.º Clametsi ipsis excommunicatis tolerati in d. extrav.
nulla gratia directè facta sit, ideoque peccent
ei fidelium communioni, seu in sacris seu politicis extra casus concessos se
ingerant, indirectè tamen est ipsi commodum ex Constant.si decreto re-
portant. 1.º ne gratia fidelib. concessa sit inutilis, necesse est
ipsi excommunicato ad communionem legitimè provocato permitti com-
municationem: ut si prochiani à parocho, cives à Judice &c: admonitionem
sententiae vel justitiae exigant, imo hoc casu necesse est dicere, illos ad
hoc obligari. 2.º Cum jus indulgeat subditis, ut à
Judice excommunicato tolerato, iustitiam à pastore ordinario absolutionem
à potestate &c: petere possint, ne frustranea sit fateri debemus,
eiusmodi toleratis exercitium jurisd.is suae nequaquam adempta
est. Hinc omnes actus jurisd.is directivae validè exerceri
possunt ab excommunicato tolerato, ut est praesentatio, collatio, dispensatio,
in voto vel iuramento, non per oppositam prius exceptionem in-
firmentur; Non a. validi sunt actus jurisd.is coactivae,
ut est excommunicatio, suspensio, &c. Ratio est quia nullus favor
datus est ipsis, nec quoad in gratiam reliquorum fidelium cedit,
sed actus jurisd.is coactivae exercendi in invitos.

Quaeres 1.º Utrum licitum sit hodie pro excommunicatis
toleratis, v.g. haereticis publicè orare & sacrificare?

Ad hunc probationem affirmative. Ratio est
quia Concilium Constant.se obtinuit, quod deinceps nullum

excommunicatum

excommunicatum, per denunciatos, & Notorios Clerici percussores in quibuscunque ad dis. reb. vitare debeamus publice n. pro aliquo orare &c: est quidam communicatio in dis. q.

Quaer. 2.o Utr. excommunicatis quoque ext. haereticis, Notoriis, sed nondum denunciatis concedi possit, sacra sepultura?

Rs. quod tales excommunicatos ad haereticos in loco sacro sepeliunt, non incurrunt excommunicationem, Clem. 1. de sepultur. latam adversus eum, qui excommunicatum pariter sepelit. Neque incurrunt c. quoque. de haeret. in 6. latam quoque eos, qui haereticos eorumque fautores in loco sacro sepeliunt — Denique neque locus sacer sepultura excommunicati nondum denunciati violatur.

Ratio est. Nam eo ipso, quod tales vitandi non sunt, nulla ex ipsorum communicatione a fidelib. aut sacris locis censura censura incurrit sit.

Caput 5.m

De Excommunicationib. & speciatim De Percussione Clerici.

Excommunicationes Juris aliae sunt auctori reservatae, aliae non reservatae, a quib. sunt parochus aut quis alius expositus sacerdos ex tacita commissione absolvere sit. Ita c. nup. de sentent. excom.

Reservatae potissimum sunt eae, quae in Bulla Coenae Dni continentur, circa quas Not.m 1.o Excommunicationes Bullares habent se per modum sunt latae ab homine, & consequenter mortuo Pontifice vis earum expiraret, nisi speciali caveretur, ut robur suum sede vacante

obtineret

obtineret. Not.m 2.o A casib. Bullae Cenae, vtrumque ex-
communicatione, nemo quamuis Epus aut maiori dignitate Eccl.ca
praeditus absoluere potest, praeter summum Pontificem. Vter a.
hac Bullae reservatione Drogorum privilegio in Trid. sess. 24. c. 6.
Epis concesso, vt in foro conscientiae absoluere possint subditos suos
a quibuscunque casib. occultis, etsi sedi Apl.cae reservati sint, Ne-
gant alij, Alij affirmant. In partem Neg.uam
saltem quoad Epos Romae remotiores inclinat hic et Laiman,
cuius sententiae et nos subscribimus.

Not.m 3.o quamquam absque probabili excusatione a censura
Bullae quempiam absoluere praesumpserit, excommunicationis sententiam, in tam
Papae reservatam ipsemet incurret.

Not.m 4.o In privilegio absoluendi ab omnib. censuris
in censuris comprehensae excommunicationes Bullares sic exprimantur.
Deinde licet generatim concedatur potestas absoluendi a Censuris
Bullae, non censetur comprehensa absolutio ab haeresi, nisi specialiter
explicetur. Ratio est, quia haec speciem reservationem habere
solent, et in generali concessione non veniunt ea, quae quis in specie non esset
concessurus. Reg. 81. in 6. Intermissis aliis excommunicationib.
hoc loco solum tractabitur excommunicatio Canonis 17. q. 4. si quis sua-
derit diabolo, in clericum vel monachum manus violentas inie-
cerit, anathematis vinculo subiaceat, et nullus Episcoporum praesumat
illum absoluere, nisi mortis vigente periculo, donec Apl.co
conspectui praesentetur, et eius mandatum suscipiat.

Dico 1.o (in Clericum) quod non veniunt omnes,
qui 1.am tonsuram ab Epo acceperunt, c. cum contingat;

Dictate.

de aetate & habitu ordinandorum.

Excipe 1.° bigamos in inferioribus ordinibus constitutos. c. unico. de bigamis. 2.° Clericos coniugatos, qui tonsuram & habitum Clericalem non gestantes, alicui Ecclesiae ministrant, Trid. sess. 23. c. 6. 3.° nullus in minoribus ordinibus constitutus gaudet privilegio Canonis, nisi vel Ecclesiam beneficium habeat, aut tonsuram ~~aut~~ & Clericalem habitum deferre solitus alicui Ecclesiae de mandato Episcopi deserviat, aut in aliqua schola cum licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines exsistat. Trid. cit. 4.° Clericos etiam in maioribus constitutos, qui dimisso habitu & tonsura negotiis secularibus se immiscent, si tertio ab Episcopo suo moniti emendare se contempserint, amittunt privilegium Canonis, non a. fori. c. contingit. de sent. excom.

5.° Clerici exercentes publice officium lanionis aut Camponis, si coniugati sint, Clem. de vita & honest. Cler. 6.° Clericus qui per annum exercet artem ignominiosam, ludionis, Mimi &c. ipso facto perdit omnia privilegia Clericalia, quin etiam annum, si post trinam Episcopi admonitionem non resipiscat, c. unic. de vit. & honest. Cler. in 6.

Ad 7.° (: monachi :) sub quo nomine comprehenduntur ~~omnes~~ utriusque sexus religiosi, Conversi, Conversae, atque Monitis, imo et Tertiariae, si sub habitu & voto aliquo expresso vivant, non a. si in propriis domibus habitant. c. de Monialib. c. religioso. de sent. excom. §

Quaestio est de Eremitis non Religiosis;

Ad. si edito voto paupertatis vel aliam suscepta obligatione apud Praelatum Ecclesiae ordinis vel Ecclesiae alicui

specia-

speciatim additi sint, eos privilegio gaudere, non vero alios, qui nullam talem obligationem professi sunt; Rodrig. Tom. 2. Regul. 99. q. 63. a. 4.

Dub. 3.° (suadente diabolo.) Ubi duo regnant ad Excommunicationem Canonis ferendam. 1.° Ut ac affectus laedendi sit mortalis. 2.° Ut externa iniusta violentia sit gravis, vel in corporis vel saltem honoris laesione. Ratio est, quia Eccl.co Canone punitur externum mortale peccatum, gravis a violentae invasionis Clerici, tale a. non est, nisi internum peccatum mortale, vel exterior violentia, aut laesio gravis existat.

Dub. 4.° (manus violentas iniecerit.) quib. verbis significatur sola iniuriosa exterior actio Clerico illata sive volenti, sive invito. c. nup. de sent. excom. Ubi comprehenduntur et mandantes et consulentes, imo et suo nomine factam, ratam, percussionem habentes, cap. cum qs. de sent. excom. in 6. — Vel eam non impedientes, qui secuto postea effectu omnes excommunicationis sententiam incurrunt.

Quaeritur — si mandans vel consulens alicui Clerici percussionem ante opus patratum, mandatum vel consilium suum revocet, utrum nihilominus excommunicationem incurrat, si alter vim Clerico inferat?

Rs. 1.° De mandante non esse difficultatem, si revocatio ad mandatarium pervenerit, quia mandatum nomine mandantis fit, quo si mandatarius post cognitam mandati revocationem mandatum exequatur, suo nomine id exequitur, et non nomine mandantis.

Rs. 2.° qui alteri propositis rationib. homicidium iniustum persuasit, si eas postea serio, et quat. potest, efficaciter re-

tractavit

tractavit, secuto nullius homicidio (quod unicuique non in-
currit. Sed talem ab irregulari & damni compensandi obligare
immunem non esse, probatum est. Ab hac quidem —

Excusat 1° ignorantia, ut si Clericum percutiens arbitratus
est, esse laicum, c. 2. de sent. excom. 2° imperfectio
actus non pertingentis ad culpam mortalem. 3° Excusat
quod ob defensionem sui, vel alterius corporis, famae, pudicitiae, Cle-
ricum percutit, c. si vero &c. ex tenore. de sent. excom. 4° quod
in Clericum cum uxore, matre, sorore vel propria filia turpiter in-
ventum manus violentas in continenti iniecit. 5° Praelatus,
Praeceptor, pater, si disciplinae sive correctionis causa Clericum per-
cutiat, c. 1. c. ex tenore. de sent. excom.

Porro in c. Universitatis. de sent. excom. determinatur, ut
abbas per seipsum monachum percutiat, nisi necessitas per Clericum vel
Monachum id fieri iubeat. Tum quaestione partim, partim privilegii
obtentum est, ut praelati ordinum regulares suos per alium religio-
sum et non Clericum, sed conversum corrigant. Imo si aeta-
te minores Kösri pueri sint, praesert. Novitii, ii possunt ex com-
missione praelati ordinis et a saeculari laico v. g. ludimagistro,
disciplinae causa verberari.

Dicit Lay. C. ut nullus Episcoporum ipsum absolvere praesumat,
pariter illum — Notm. quod percussio sit duplex — Levis, enormis, sive
modica & gravis. Jam ergo Ad. 1° ab excommunicatione Canonis contracta
ob Clerici percussionem levem, Episcopo absolvere permissum est, c. pervenit.
eod. Excipe 1° si ostiarius praeceptum officii sui Clericum

percussit c. si v.o eod.

Rs. 2.o A percussione enormi solus summus Pont. absolvere potest.

Excipe 1.o — Excipe 2.o si Clerici in communi societate viventes se mutuo percutiant, tales ab Epo suo absolvi possunt, nisi facti atrocitas aliud exigat, c. quoniam de vita et honest. Cler.

Excipe 3.o Regularis regularem eiusdem Claustri percutiens, non enormiter a Prelato suo absolvi potest, imo Molin. testatur, quod ferme ordinum Praelati hodie suos absolvere possunt, etsi percussio enormis sit, ob privilegia a Sum. Pont. obtenta.

Caput 6.m

De Absolutione ab Excommunicatione.

Quaeritur 1.o quae ab excommunicatione absolvere possunt!

Rs. 1.o Ab excommunicatione Juris non reservata non tantum Epus sed etiam quis parochus absolvere potest. Ita communis et praxis confirmat.

Discrimen tamen est inter Epum et Parochum cum Epus tale potestatem absolvendi qui ordinariam habeat, eo quod absolutio ab excommunicatione ad forum externum proprie pertineat, quamobrem eam delegare potest; parochi vero qui in foro externo nullam Jurisdictionem obtinent, habent absolvendi potestatem, tamen ex commissione, quat. talis potestas saepe necessaria est ad sacramentalem absolutionem conferendam, vel parochus non potest directe sed tantum indirecte conferre hanc potestatem absolvendi, cum non delegat v.g. suo cooperatori confessiones audiendi ex ipso efficit, ut a Jure eiusd. committatur ista potestas ab excommunicatione non reservatis absolvendi.

Rs. 2°. Ab excommunicatione Juris, quam auctor sibi reservavit, Item ab ea, quae alicui nominatim sive per particulam iudicis sententiam inflicta est, nullus inferior absolvere potest. Ita communis — Excepto montis articulo. Quod verum est, etsi talis a peccatis a peccatis scientiae non absolvatur, quo casu omnes sacerdotes est excommunicatus (. non a. quis Clericus aut laicus.) absolvere potest excommunicatum. Trid. sess. 14. c. 7. Quod 1°. attinet ad Censuras Papae reservatas, ea reservatio non tam stricta est, quin ad Epistolam Juris dicendum conclusionem, quod videre est, cap. de caetero. c. ea noscitur. de sent. excom. 1ª causa est aetatis infirmitas, ut in impuberibus. 2ª est sexus infirmitas, ut in mulieribus, c. mulieres. c. quamvis. eod. 3ª est quoniam canonicum impedimentum, ad Sedem Apostolicam accedendi, quae ratione excusantur pauperes, senes, cit. cap. ea noscitur. Verum circa huiusmodi impedimenta —

— Dubitandum est, Ut. perpetua sit, an temporaria. Si perpetua: Epus absolute et sine onere se praesentandi Apostolicae Sedi, absolvere potest; sin vero impedimentum sit temporale (. excipiendo puerilis aetas.) tunc iurare debet absolvendus, quo cessante impedimento, Apostolico conspectui se praesentare velit, non ut iterum absolvatur, sed ut mandatum accipiat de satisfactione praestanda, Ecclesiae et parti laesae. Si a. absolutus intra tempus a Judice praefixum se praesentare intermiserit, in eand. excommunicationem reincidit;

Quaer. 2°. quae forma utendum sit in absolutione, ab excommunicatione? Rs. 1°. Ad essentiam absolutionis requiritur, ut illa aliquo signo externo manifesteretur. Rs. 2°. Ad essentiam absolutionis non requiruntur verba, multo minus certa formula verborum. Consuetudo tamen est, ut absolutio quae praesentibus confertur talibus verbis fiat:

Absolvo te à vinculo excommunicationis quam incurristi propter crimen n.

Rs. 3o. Ante absolutionem dandam ob crimen enorme exigendum est iuramentum à reo, de satisfaciendo Ecclesiae &c:

Rs. 4o. Absolutionem neque in foro externo, neque interno conferendam esse, nisi parti laesae prius satisfactum sit, ita c. 2. de sent. excom. Quodsi absolvendus realem satisfactionem exhibere statim non possit, tunc cautionem praestare pignoratitiam vel fideiussoriam cogitur. Sin vero nihil horum efficere poterit, sufficit iuratoria. Ita Abb. cap. quae fronte. n. 17. de Appellat.

Nota h. duo: 1mo est si quis post praestitam cautionem seu iuramentum de satisfaciendo postea satisfacere negligat, non reincidit in excommunicationem, cum id iure expressum non sit. 2do tametsi illicita, valida tamen est absolutio, quae antequam parti laesae satisfactum sit, confertur, ab habente ordinariam absolvendi potestatem vel delegatam, etsi in delegatione dicatur (committimus facultatem absolvendi satisfacta prius parte aut praestito iuramento.) Ratio est, quia in commissione expressio rei, quae iure communi inest, non inducit novam obligationem, sive praeceptum sed quae non, sed solum admonetur delegatus, quod eum fore oporteat.

Rs. 5to. Absolutio ab excommunicatione vel alia censura non requirit praesentiam eius, qui absolvitur, sed etiam absenti conferri potest per litteras, nuncium, vel etiam sub his, per sola verba, aut factum, quae exprimatur intentio absolvendi; idem de dispensatione super praeterito dici potest;

Ratio. quia excommunicatio est poena Ecclesiastica, quae sicut absenti et ignoranti infligi potest, ita etiam remitti.

Not.m h. si confessarius facultate absolvendi praeditus sit oblitus aliquem à censura absolvere, vel si aliquem absolvit à censura, à qua non poterat, quia erat superiori reservata, postea impetrata

facultate

facultate pōe absolutionem et absentis conferre, cum ad se accersere
eum non sit. seu et absolutione a pcto reservato tantum est, cum
ea sententialis sit.

Ad. 6.tum Absolutio a censuris et invito et mondum emen-
dato conferri potest validè et subiectum licitè. Ita Abb. c. ab excommunicato.
n. 20. et rescript. Ratio est, quia censura est poena, quae invito
inferri ~~aut~~ atque auferri potest.

Ad. 7.mum In absolutione tamen requiritur libera intentio sive
voluntas absolvendi. hinc absolutio ficta nulla est. c. Unic. de ijs. qui vi
met. &c: in 6:

Not.da sed duo: 1.um est, quod aliquis possit pluribus
excommunicationibus ligari, sive ob diversas culpas sive ob eand. Ita gl.
c. ult. de Judaeis. 2.um est, si aliquis facultate praeditus
v.g. confessarius a Papa privilegiatus indefinitè ac generatim absolvat
poenitentem suum a vinculo excommunicationis, aliisque censuris, tunc
credendum est, absolutionem vere et efficaciter conferri ab omnibus excom-
municationibus et censuris, a quibus confessarius pro eo tempore vere et con-
venienter absolvere potest, tametsi forte poenitens per oblivionem
non crassam omittat confiteri peccata, quibus censurae annexae sunt;
vel etsi confitearur, nesciat tamen vel ipse vel et confessarius huiusmodi
peccatis censuram adiunctam, ex quo sequitur, si postea poenitens recordetur
peccati summo Pontifici reservati, quod apud confessarium dicta parte
praeditum bona fide confiteri intermisit, posse illud deinde cuivis
expresso sacerdoti confiteri, quippe cum Papalis reservatio censurae
ablata fuerit. Navar. in Man. c. 26.

Pars 3tia
De Suspensione.
Cap. 1m
Quid sit Suspensio?

Suspensio est censura, per quam Persona Eccl.ca impedire aliqua parte vel jurisdictione Eccl.ca utitur. Itaque.

Dixi (censura) ut illegas, quia ipsi confessarii vel Abbatissae interdixerunt, ne celebret, non sit suspensus, sed prohibitus, quia ipsi Censuram ferre non possunt.

Dixi 2o (persona Eccl.ca) ut illegas censuram hunc non in laicis, sed solis Clericis locum habere;

Dixi 3o (impedire utitur parte) ut illegas, per Censuram suspensionis non auferri ipsum officium seu partem ordinis vel Jurisdictionis aut ius beneficii Eccl.ci sed suspendi eius usum sive exercitium.

Duplex est Suspensio: Totalis et partialis.

Totalis vel simpliciter talis est, ut cum quis ab officio simul et beneficio suspenditur, exemplum habes in c. tuarum. de privil. — vel secundum quid, ut cum quis tantum ab officio vel tantum a beneficio impeditur.

Totalis simpliciter duobus modis ferri solet; 1o cum expressione, ut sit suspensus tam ab officio quam beneficio. 2o si absolute et sine limitatione suspensio imponatur, neque ex adiunctis limitatio aliqua colligi potest, censenda est simpliciter totalis. Nam ex sermonis usu proposito indefinita ob suam difficultatem aequalet universali.

Suspensio totalis ab officio dicitur, per quam aliquis ab omnibus officio

tum ordinis tum Jurisd.is & Eccl.ae admiratoris impeditur, quinis interim talis suspensus sacris officijs interesse potest, cum alijs orare, sacrificanti Ministrare &c: Suspensio totalis a beneficio est, per quam aliquis ab omni Eccl.co beneficio, quod attinet ad eius admirationem, & fructuum perceptionem ad tempus suspendatur. Suspensio partialis est, vel ab ordine tantum vel ab aliquo actu ordinis; v.g. celebratione Missarum, vel actu ordinandi: vel a Jurisdictione tantum, aut certo actu Jurisd.is aut quasi Jurisd.is v.g. collatione beneficij, voce suffragij, vel duplex a certo beneficio aut parte beneficij, ut a lucrandis distributionib. vel ad tempus — Not.m 1.o suspensus ab officio non ideo est a beneficio suspensus est, & econtra. Ratio est. quia duplex sunt poenae suspensio ab officio, & suspensio a beneficio, potest n. una executioni mandari sine altera.

Not.m 2.o suspensus ab ordine exercere potest actus Jurisd.is quod ordinis actualem Jurisd.m non requirunt, & ergo suspensus a Jurisdictione exercere potest omnes eos ordines, quae Jurisd.m non requirunt; huiusmodi est sacrificare, officium custodis, Admiratoris Eccl.ci exercere &c: Ad v.o eos actus ordinis, ad quorum substantiam requiritur Jurisdictio ordinis, ut est absolutio a peccatis, ne valide quidem exercere potest. vide. gl. in c. transmissam. de Elect.

Not.m duplex: duo superesse, et quaestio est potest. 1.m est, quod suspensus actus Eccl.cos in omni loco exercere prohibeatur, cum Censura immediate personam afficiat; 2.m est, ex vi Censurae suspensionis non tenerum fideles vitare suspensum, et denunciatum, cum id nullo jure cautum sit.

Cap. 2.m quod potest ferre Censura, sed in quos!

Cap. 2m.

Quis possit ferre Censuram? & in quos?

Rs. 1o. quinque excommunicationis censuram ferre potest, idem & suspensionis, ac vice versa. Sylv. xb. suspensio. punct. 2.

Rs. 2o. omnes & soli Clerici praeter Papam suspensionis censuram incurrere possunt. Rs. 3o. non solum persona singularis, sed et tota clericorum communitas suspensionis (sicut interdicti) censuram incurrere potest. ita c. quia saepe. de elect. in 6. Duplici a. censura in communitatem ferri potest, 1o. collective, ut ipsum v. g. corpus Capituli obtinere jus aliquod jurisd.is, admirationis &c. suspendatur. 2o. distributive, ut singuli e Capitulo, dummodo noxii sint, eand. poena incurrunt, verum suspensio lata in capitulum, si nihil aliud exprimatur, extendi non debet ad personas partes, quia vox Capituli collectionem significat, non personas.

Caput 3m.

Ob quam causam suspensio ferri possit?

Rs. 1o. Ad incurrendam suspensionis censuram, qualis in SS. Canonib. decreta est & communiter, et ab homine imponi solet, requiritur culpa mortalis, & quidem propria non aliena: ratio prioris est, quia poena debet esse commensurata culpae. Posterioris ratio est, quia suspensio est proprie dicta poena, poena a. requirit culpam in eo, qui punitur. arg. cap. 2. de Cens. quia quamvis propter levem s. venialem culpam et levis suspensio imponi potest, puta ab uno elector

actu

actu, à missa celebranda ad breve tempus &c: Caiet. xb. susp.

Rs. 2°. suspensio interdum fertur ob culpam mere pteri-tam, & quidem variis modis — 1° in perpetuum & sine spe re-clamationis. 2° ad certum tempus v.g. ad triennium. 3° do-nec reus satisfecerit, restituerit &c: 4° ad beneplacitum Sup.is & hæc non sunt proprie dictæ censuræ, sed mere spirituales poenæ, sicut Abb. annotavit in c. sæpe contingit. n. 16. de Appell. Alia igitur proprie dicta censura suspensionis est, quam Judicis Can.cam monitionem & rei contumaciam requirit, ideoque absolute indiget, postquam contumacia deposita est. Porro quod in Casib. Jure com. suspensio lata sit, videri potest S. Antoninus. 3. part. tit. 27. Sylv. q. 6.

Caput 4.m

Quib. modis Suspensio tollatur?

Suspensio 3b. modis tolli potest. 1° si ob delictum pteritum imposita est ad certum tempus v.g. ad 3.nium vel sub gdione, donec restituerit, elapso tempore vel impleta gdione per seipsam cessat, sed alia Sup.is declaratione. ita gl. recept. in Clem. 1. tit. xb. donec de decimis. 2° per absolutionem tollitur ea suspensio quam per contumaciam iure inflicta est, & non eam absolutio danda est, quam à contumacia recedatur. Atque à tali suspensione Juris solus Epus vel alius Epli Juris dictione præditus absolvere potest, si Sedi Apl.cæ speciali reservata non sit. arg. c. Nup. de Cent. excom.

Porro Parochi aliique expositi confessarii non possunt ab-solvere à talib. suspensionib. & iure com. non reservatis, nisi speciale privil.m vel delegatam potestatem acceperint, ab eo, ad quem

Jure

pure ordinariae talis absolutio spectat; 3° tollitur
suspensio per tolerantiam seu dispensationem, si videl. lata sit pro
futuro commissum seu praeteritum, tanquam pura poena. quod nobis modis
fieri potest — Uno — ad certum tempus v.g. quod id fecerit, per 3.um
ab officio suspensus sit, ante cuius terminum, si poena relaxanda
sit, per dispensationem id fieri debet ab auctore Canonis et non inferiore
quia sicut legem Supr. ita antequam ei poenam inferior solvere
non potest: gl. in c. cupientes. §. caeterum ex b. suspensos de Elect.
in 6. — Altero — suspensio ferri potest in perpetuum sub
spe relaxationis ordinariae et in hac nec inferior dispensare potest.
abb. in c. 2. de solut. n. 5.

Observandum 3h. si suspensio ob delictum commissum
lata sit absolute sub temporis determinatione, tunc probabile est, si
Papa talem suspensionem sibi non reservavit, ab Episcopo aut alio simili
jurisdictionem habente post praefatam poenam tolli posse. Ratio est —
quia cum indefinite fertur suspensio pro commissum delictum, ordinarie
benignior intentio haberi debet non esse impositam, ut mere vin-
dicativam, sed potius medicinalem, et cum ordine ad duraturam
contumaciam, quae cessante tolli potest, ita gl. in Clem. 1. de
haeret. § praeterea. ex b. quoniam.

Observandum 2° Episcopus iuxta Trid. sess. 24.
c. 9. de reform. absolvere posse ab omni suspensione et Papae
reservata, quamvis ut pura poena seu in perpetuum seu ad certum tempus
decreta sit, dummodo proveniat ex delicto occulto, non deducto
ad forum contentiosum

Observandum. dicitur, an absolutionem a Censura suspen-
sionis

sionis, si opus sit, exigendam satisfactionem vel cautionem satisfaciendi parti laesae.

Caput Vltimum.

De Depositione.

Depositio latè sumpta, est remotio alicuius personae à munere aut dignitate ob scrinium, crimen &c:

Depositio strictè sumpta, est Eccl.ca pena, per quam persona Eccl.ca ob enorme crimen removetur ab ordine, jurisdictione &c: in perpetuum, sed spe remissionis. Ipsa depositio poena, licet cum suspensione magnam similitudinem gerat, quia utraque ab Eccl.co, ab ordine, officio, aut beneficio, tamen inter se —

— Differunt — 1.o quod depositio sit perpetua & irremissibilis, remotio ab ordine, officio &c. non item suspensio, ut colligitur ex c. etsi Clericus. de judiciis. non tamquam pura poena.

2.o Suspensio à beneficio positivè perpetua, differt à depositione, quia depositio auferet ipsum titulum, s. ius beneficii, ac reddit personam inhabilem ad idem beneficium vel ad aliud beneficium consequendum. Suspensio a. tum illegitimi

3.o Suspensio ab officio facta non includit nec secum trahit depositionem à beneficio, nec vice versa. At poenae depositionis quae in iure Can.co ipso facto latae reperiuntur, fermè semper continent utramque privationem, ab officio, inquam, & ab annexo beneficio.

Circa crimina quae depositione digna sunt, tametsi AA. numerent furtum, homicidium, periurium &c: nihilominus placet mihi

resolut=

resolutio Abb. in c. etsi Clerici de Judic. n. 33. & seqq. debere esse unum ex maximis, quale ac hoc sit, non ex antiquis Canonib. agnosci potest (. quia cum olim, cum severior disciplina vigeret, facilius imponebatur depositio. c. presbyter & seq. d. 8.) sed iudicis arbitrio relinqui, quod enormitatem ex obiecto vel circumstantiis aut adiunctis qualitatis. de depositione simplici & absoluta, cuius hoc proprium est, si per iudicem alicuius inferatur, quod per eam depositus non amittat privilegia Clericalia fori & Canonis, quod etiam causa est, cur ita depositus, sicuti & ab officio suspensus, talia alere teneatur, ne cum opprobrio Cleri mendicare coyatur. ita Abb. c. pastoralis. §. verum. n. 16. de appellat.

Hic etiam aliquid de degradatione dici potest, quia vero ipsius Naam in superib. ff. fuse exposuimus, illa omissa ad alia progrediamur.

Pars 4a.

De Interdicto.

Cap. 1m.

Quid & quotuplex sit Interdictum?

Interdictum est Eccl.ca Censura, per quam participatio centorum Sanctorum omnium divinorum officiorum & Eccl.ae sepulturae prohibetur. Ita sumitur ex c. non est volis. de sponsalib. per eius illum —

Notandum licet interdictum cum aliis Censuris maxime nonnulli conveniat, quia omnes Censurae spiritualibus quibusdam bonis privant, fideles tamen distinguitur, Nam excommunicatio privat his officiis, sermonibus &c: quatenus continent Sacram communicationem cum fidelibus, suspensio privat

nat. spirit. bonis quat. pervenit ex parte Clericali, quae per Censuram impedita est; ut vero interdictum privat dictis spiritualibus quat. tunc rationem dispensationis, ac participationis, quam ecclesia iustis et causis per interdictum subtrahere intendit.

Duplex est Interdictum, Locale et personale. Locale, immediate locum afficit, prohibendo ne in eo sacra illa functiones fiant. Personale est, quod immediate afficit personas, prohibendo eis participationem illarum sacrarum functionum. Differunt inter se, quod interdicto locali est prohibenda tum indigenis quam alienigenis, tum nocentibus quam innocentibus participatio sacrorum officiorum &c: Interdicto a personali certis personis aut toti communitati prohibenda illa participatio absolute, atque in omni loco, potest tamen duo ista interdicta subiungi;

Locale Subdividitur in Generale, ut si regnum, civitas &c. interdicitur c. cum in partib. et Ex. sig. et Particulare, ut si interdicitur unus certus locus sacer, ut parochia, capella &c:

Personale est Subdividitur in Generale, ut si civitas interdicta, ut est corpus Politicum, cuius nomen interdictum comprehendit est innocentes, et Particulare, quod fertur in personam particularem, vel in omnes criminis reos. Gravius est interdictum locale quam personale. quia in interdicto locali includitur virtualiter est personale, non vice versa. Interdictum aliud est Totale, aliud Partiale. Totale omnes effectus interdicti habet; Partiale vero non omnes. Et in hoc differunt suspensio et interdictum ab excommunicatione proprie dicta, quod huius effectus separari non possunt, in suspensione vero et interdicto effectus necessario connexi esse non debent, ut videre est in cap. sacro. de sent. excom. et c. 1. eod. in 6. Caput. 2m.

Caput. 8um

De Effectib. Interdicti.

Tres sunt effectus interdicti. 1mus est usus activus et passivus sacramentorum prohibitus, c. si sententia. et c. ult. de sent. excom. in 6. Excipe 1o sacramentum baptismi, quod cum omnib. et solennitatib. conferri potest, ita c. quoniam. eod. in 6. In reliquis sacramentis conferendis Sequendum est — vel personae in speciali interdicto sunt, directe seu virtute, quia videl. vel culpa sua interdicto loci causam praebuerunt, vel non sunt in speciali interdicto. Priores neque ad susceptionem sacramentorum confirmationis, poenitentiae, Eucharistiae, Extremae Unctionis et ordinum admittendi sunt — Priusquam Eucharistiae satisfecerint. Neque item Eucharistiae Ministri, si in speciali interdicto sunt, ullius sacramenti admissionem extra necessitatis casum usurpare debent, ita c. alma Mater. de sent. excom. in 6. quia non minus sacramentorum admissio, quam divinorum officiorum celebratio est prohibita interdicti. Si non sunt in speciali interdicto, non prohibentur, neque ab usu neque ab admissione sacramentorum confirmationis, poenitentiae, imo et Sacrae Eucharistiae, si in mortis articulo exhibentur;

Prohibentur a. 1o ab admissione et usu Extr. Unctionis, non adsit casus necessitatis, si videl. infirmus aliud sacramentum recipere non potest. nisi c. quod in te. de poenit. et remiss. 2o prohibentur a collatione ordinum tam activa quam passiva. Ratio est. quia c. si sententia. de sent. excommunic. dicitur, in interdicto non esse licitum percipere sacramenta, nisi in casib. iure exceptis. Sacra a. ordinatio nullibi excipitur.

Probabilius est dicitur eo tempore interdicti sacramentum nuptiarum benedictione Matrum licite celebrari posse. Ratio est. quia per inter-

dictum

dictum solum prohibet participare sacramentorum, quae sunt ex Ecclesiae dispensatione, tale a. non est matrimonium sacramentum, cuius ministri sunt ipsi contrahentes.

2.us effectus est, quod celebratio et auditio divinorum officiorum prohibentur, quo nomine venit omnis publica et solemnis oratio, quae ab Ecclesia instituta est, c. si sententia c. ult. de sent. excom. in 6.

Haec tamen prohibitio postea limitata fuit in c. Alma. eod. in 6. ut tempore interdicti singulis diebus in Ecclesiis ac Monasteriis missae celebrentur, et alia officia divina fiant, sicuti prius, submissa tamen voce ianuis clausis excommunicato et interdictis exclusis et campanis et non pulsatis. Item in 4. Principis Festivitatibus campanae pulsentur, et ianuis apertis alta voce divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis; sic tamen, ut illi, pro quorum culpam interdicti huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent, illuc, vel oblationis accipiendae vel sacrae Eucharistiae sumendae causa;

3.us effectus est, privatio Ecclesiasticae sepulturae sacrae, c. quod in te. et poenit. et remiss. quo nomine et veniunt corpora infantium, amentium etc: Excipe corpora personarum Ecclesiasticarum quae spectantur interdicta non sunt, illa enim in locis sacris et interdictis sepeliri possunt sine campanarum pulsu in silentio. Ita cit. c. quod in te.

Haec autem illuda sunt et interdicto locali, quod vero sentiendum sit et interdicto personali, habetur arg. cap. sane. 24. q. 2. quod tum Clericis tum Laicis, non obstante Censura interdicti personalis, in Ecclesia non interdicta sepeliri possunt, si denunciati non sint.

Vade.

ratio est, quia quibus vivis communicamus, et mortuis communicare possumus.

Caput 3m.

De violatione Interdicti & decretis Poenis.

Ad. 1o. Clerici, qui interdictum personale vel locale quibus Juris Principum violant, peccant mortaliter. Ratio, quia materia interdicti gravis est, quae obligat sub culpa mortali.

Violatur a. interdictum personale — 1o. si Clerici ~~solem~~ ~~[illegible]~~ actum sui ordinis exercent, quo casu irregulares fiunt. 2o. si personaliter interdicti sacris interfuit, vel sacramenta sibi prohibita accipiant; 3o. si aliquem personaliter interdictum post interdicti denunciationem dicis interesse, vel celebrare permittant divina.

personaliter interdicti

Violatur locale, si Clerici celebrent divina officia non observata moderatione cap. Alma. puta cum pulsu, voce alta, ut a laicis foris exaudiri possint.

Ad. 2o. et laici peccant mortaliter, si interdictum personale gravem violent, est communis. propterea quod tale interdictum eos directe afficiat. De locali est dubium, an idem tandem sit. sed probabiliter — Ad. si laicus personaliter non interdictus sine vi, fraude, scandalo, divinis officiis solum interfuit, videtur peccare saltem venialiter. Ratio est, quia lex interdicti saltem ratione fertur, ne laici ad divina officia accedant, quo sicut ille peccat, qui cum excommunicato communicat, licet ratione ipsi sit prohibitum,

ita

ita est, q. Ecclesiae interdictum violat. Poenae, quae ob interdicti violationem ipso jure incurrunt, sunt hae.

1.a Clerici non servantes interdictum, privantur privilegio, quod alioquin haberent, ut in loco sacro sepeliri possint. Ita c. 1. cum ... de sent. excom. in 6. 2.a Clericus personale aut locale interdictum violans exercendo actum sacri ordinis, fit ineligibilis tam activè quam passivè. ita c. 1. de postulat. 3.a Clericus incurrit suspensionem ab officio, et gregum à juris doctore. c. ult. de excessib. praelatorum. 4.a Religiosi et exempti excommunicationem ipso facto incurrunt, si advertentes ecclesiam cathedralem Matricem interdictum servare, ipsi non observent. Clem. 1. de sent. excom. Imo interdicta localia ab ordinariis locorum promulgata à regularib. in eorum ecclesiis publicanda et servanda esse, docet Trid. sess. 25. c. 11. de regular. 5.a Qui excommunicatum vel interdictum denunciatum in loco sacro sepeliri scienter praesumpserit, excommunicationis suam ipso jure incurrit. Clem. 1. de sepult. 6.a Dominus temporalis, qui compellit Clericum, in loco interdicto solemniter publicè celebrare, vel pulsu campanae ~~publi~~ faciens populum convocare ad audienda sacra, vel impediens, ne excommunicati vel interdicti ab ecclesia exeant, dum in ea missarum solemnia celebrantur, posteaquam à celebrantib. moniti fuerint, et ipsi excommunicati et interdicti si iussi exire, remanere praesumpserint, excommunicationem Papae reservatam incurrunt. Clem. 2. de sent. excom.

Cap. 4.m

Cap. 4m.

Quis possit interdictum ferre? in quos? & ob quam causam?

Rs. 1o. q excommunicare, suspendere ordinario iure possunt, quidem est interdictum personale aut locale in personas vel locum suae iurisdictioni subiectum ferre possunt. Rs. 2o. si Ecclesiae pastor interdictum personale ferat in contentum, cuius caput est ipsemet, interdicto non ligatur. Ligatur a. locali per accidens, ratio discriminis est, quia nemo a seipso per se ac directe vinculo censurae, quippe quod poenale est, obligari potest. Personale a. interdictum per se ac directe afficit personas; Locale a. ipsum locum, ex quo per accidens redundat in personas.

Rs. 3o. si sententia interdicti proferatur in Clerum, non censetur comprehensus populus Reg. Ita colligitur ex cap. in sententia. de sent. excom. in 6. Ratio est. quia in sententia poenali mitior sensus proferri debet, neque si Clericus interdicitur, interdicuntur Religiosi. Ratio est. quia licet nomine Clericorum in materia favorabili comprehenduntur Tam & Religiosi utriusque sexus, eorumque Novitii, non tamen in materia odiosa.

Rs. 4o. Ut interdictum totale in certam personam delinquentem ferri possit, requiritur culpa mortalis, quia poena tam gravis culpam gravem requirit. Loquor 1o. de interdicto totali, nam partiale, videl. ab ingressu Ecclesiae, vel a sacra Communione ad tempus breve, cum sit poena levior ob culpam leviorem, seu venialem, imponi nihil prohibet. 2o. de interdicto quod ob propria culpam alicui imponitur. Nam si ob culpam alieram

sum

sed oes requr, ut mortalis sit. quapropter ut interdictum locale
vel generale in communem feratur, requr peccatum valde grave, imo
gravius, quam ad excommunicationem, idque contumaciter admissum seu a capite
seu a plurib. seu principiis membris, alicuius communitatis. qua haud dubie
gravissima causa adesse debet, ut multi et innocentes per subtractionem
rerum spiritualium affligantur.

Cap. 5.m

Quib. modis Interdictum tollatur!

Notandum 3, quod interdictum s. suspensio duob. modis fertur, vel
ut pura pena propter delictum mere preteritum, vel ut proprie dicta censura
propter presentem contumaciam; quapropter interdictum, quod per modum pene fertur,
et propter peccatum mere preteritum, per se cessat elapso tempore vel conditione, sub
qua latum est. Interdictum vero quod ut proprie dicta censura propter presentem
contumaciam fertur, absolutione indiget ab eo, qui potestatem habet; habet
autem potestatem 1.o summus Pontifex in interdictis particulariter et generaliter personalibus.
Locale interdictum in iure nullum reperitur, quod Papa sibi
reservaverit. 2.o habet hanc potestatem Episcopus vel alius Iurisdictionem super
communitatem habens, in interdictis localibus et personalibus, quae iure communi imposita
et non reservata sunt. arg. c. nup. de sent. excom. 3.o re-
gulares, aliique quibus privilegium concessum est absolvendi a censuris iuris
in foro conscientiae, ab omni interdicto iuris personali ac speciali absolve-
re possunt. Non vero absolvere possunt ab interdicto locali, aut perso-
nali communitatis, cum locus et communitas pertinentia foro non subiciantur,
ut per se notum est. 4.o Ab interdicto iuris perso-
nali particulari, si absolute et sine reservatione latum sit, a quovis
Confessario post satisfactionem vel satisfaciendi cautionem tolli

potest

pt. Rad. 3. qa interdictum personale spectat non minus quam excommunicatio prohibet a perceptione Sacramentorum quo sunt excommunicationem, si reservata non sit, aut absolutionem a peccatis quis expositus confessarius tollere potest, ita et interdictum hoc personale. 5.o quod casib. interdictum ab Episcopo tolli vel relaxari, ipsi et ad tempus suspendi potest, v.g. interdictum contractis per incidentem festivitatem, propriis adventum &c: Tali a. tempore vel actu transacto redit ius interdicti. Ita Avila. part. 5. disp. 6. dub. 1. Ita eoque differt interdictum a Censura excommunicationis, quod hoc suspendi non potest. arg. c. cum desideres. de sent. excom. 6.o interdictum tollitur dissolutione contractis, locale a. interdictum non extinguitur, etsi locus, civitas, Ecclesia diruatur. Ita Suar. disp. 38. sect. 1.

Cap. 6.m

De Cessatione à Divinis.

Quaeritur quid sit cessatio? Rs. Cessatio à divinis (quae et suspensio organorum dicitur) est Eccl.ca prohibitio, ob quam Clerici cessare debent à divinis officiis et Sacramentorum admiratione, ut quat. eam Neutras postulat. Discrimina inter interdictum et cessationem à divinis sunt plura, 1.m quamvis cum interdicto loci simultanea gerat, reipsa tamen differt, qa cessatio haec non est Censura, imo nec proprie dicta poena, sed simplex prohibitio divinorum, in signum grav.mi moeroris, ab Ecclesia concepti propter grav.mam iniuriam sibi, aut honori divino illatam. Ita Clem. 1. de sent. excom. 2.m Interdictum semper aliquam personam, quae culpa sua causam praebuit, spectat afficit, non vero cessatio à divinis. 3.m Clericus violans interdictum per ex ordinis sui exercitium

irreg:

vorgesetzt efficitur, Non item agens ꝯ positam cessationem à divinis, licet graviter peccet. 4.mo Tum specialia, tum et generalia concessa circa interdictum, v.g. ut Clerici quotidie Divina officia celebrare possunt, cum moderatione cap. Alma. et Sext. Ephem. in 6. ut habetur locum in cessatione. Ratio est. quia hoc à diversis ad diversa non fit dilatio. hoc et rigore Juris. Si a. Aegyptum & Ecclesiam authem respicere velimus, dicendum est

1.o In 4. illis precipuis Anni festivitatibus & octava Corporis Christi Divina officia solemniter celebrari possunt, non obstante quamvis generali prohibitione. Ratio est. quia talis facultas. c. Alma. absolute concessa videtur ob reverentiam festivitatum. 2.o Publice dici potest, sermonibus ipsis casibus. sicut tempore generalis interdicti omnibus quibus speciali interdicti non sit, tempore cessationis ministrari possunt. 3.o Nullo iure ostendi potest, quod sacra sepultura tempore cessationis pure illis seu Clericis seu laicis interdicta sit, modo sine funebri officio fiant.

Quaer. 1.o quis possit cessationem ponere?

Resp. quamvis interdictum ponere potest, ita et cessationem à divinis, videl. quod Episcopus aut sanctum Episcopi in foro Nostro Jurisdictionis obtinet, & sede vacante, Capitulum. ita gl. in c. si Canonici. Ex su. cessare. et off. ord. in 6.

Quaer. 2.o propter quam causam cessatio indici possit?

Resp. Debere esse delictum gravem. publicum & contumaciter perseverans, adversus communem Ecclesiae, v.g. immunitatem eius.

Quaer. 3.o quae forma regrat?

Resp. forma & conditiones quae in cessatione ponenda servari debent, prescribuntur cap. si Canonici, & cap. Juvenis, et offic. ordin. in 6. inuent. gl. ibid.

Pars 5a
De Irregularitate.
Cap. 1m
Quid & quotuplex sit Irrgltas?

Irrgltas est impedimentum Canonicum facto vel defectu contractum per se primo impediens susceptionem Eccl. ordinum, 2ario vero eorundem usum, unde Dnus a Censoris, nunc a suspensione, quod sit suspensio 1ario prohibeat usum ordinis suscepti in Clericis, Irrgltas vero 1ario caeteris in laicos reddit eos inhabiles ad Eccl. ordinem suscipiendum, in Clericis a. cum 1ario effectum suum non consequatur, ut eos iterum laicos efficiat, operatur saltem effectum 2ario, ut eos inhabiles reddat ad exercitium ordinis suscepti, nec non ordinis sucessionis susceptionem. Ex his

Colligitur 1o quoniam sacramenta & ministeria Eccl. laico competere possunt, ut sunt sacramenta suscipere (excepto ordinis) ea est Clericus irrgtis licite obire potest, ut cantare, ministrare sacrificanti &c: 2o Irrgltas non privat Clericum jurisdictione, quare omnes actus validè & licitè exercet, exceptis iis, qui actum ordinis requirunt, ut est absolutio a peccatis, quos non licitè exercet, ita Coninck. disp. 18. d. 1. n. 7.

3o Irrgltas ipso iure non privat Clericum beneficii fructib. & admiratione, dummodo officium saltem per vicarium administret, ita DD. communiter in c. cum vestris. et concess. praebendae. Debet tamen beneficio privari, iuxta cap. ex litteris. et excessib. praelatorum.

Irregul=

Irregularitas Dividitur 1°. In eam quae ob culpam propriam, et in eam quae propter alium defectum vel maculam gerit. Ex quo

Colligitur 1°. propter culpam tantum venialem non incurrit irregularitas, quia cum gravamen incommodum sit, non nisi ob gravem defectum impori debet. Ita communiter.

2°. Irregularitatem non esse censuris annumerandam, et eam, quae ex delicto gerit. Ratio est, quia illa praecipue non instituta est, ad punitionem delinquentis, sed ob honorem sacri ministerii. Ita Sotus in 4. dist. 22. q. 3. a. 1.

3°. Irregularitatem non ab homine per sententiam sed solo iure vel Pontificum imponi posse, numero ex c. is qui. de sent. excom. in 6. Ratio est, quia irregularitas praecipue non imponitur per modum poenae, sed ob decentiam sacrae altaris ministerio debitam, decens igitur est, ut sicut altaris minimum et reverentia eius vel sua Eucharistia communis est, et impedita communia sint.

His adde, quod defectus, ob quem irregularitas imponitur, debet esse specifice nominatus in iure, quinimo ex DD. authentice introduci irregularitatem negari non potest, quia consensus DD. et Eucharistiarum gestando optima est sacrorum Canonum interpres. Et quod de irregularitate dicitur, idem sentiendum de quibusdam censuris v. g. de suspensione per susceptionem ordinis per saltum, quae suspensio nullo iure satis expressa censetur, sed per consuetudinem stabilita, et Trid. sess. 23. c. 14. obiter approbat.

Dividitur 2°. In totalem et partialem; Totalis est, quae omni ordine suscipiendo et suscepti exercitio privat, ut homicidii, bigamiae &c. Partialis vero quae Clericum ordinatum non omni ordinis minimo privat, sed aliquo tantum, vel solum assensu ad ordinem superiorem, v. g. diaconus, cui sinister oculus eruptus est, inhabilis fit ad sacerdotium, licet in suo ordine manere, non prohibeatur. Ita c. ult. dist. 55.

Caput 2um.

Caput 2m

De Irregularitatib. quae incurruntur occasione Baptismatis.

Rs. 1o. q alterum rebaptizat, et q ita baptizanti ministrat, irregularis efficitur, et collegit ex c. 2. de post. ss Duo.

Notanda. Sed h. unum est, q irregularitas a ministrante non incurrit, nisi delictum ejus publicum sit et Notorium, ita cit. c. 2. Alterum est, q ad hanc irregularitatem, sicut et ad alias, non ex delicto omnino, requiritur dolus et culpa lata, ideoque ignorantia quamque, si crassa non sit, excusat.

Rs. 2o. q se ita absolute rebaptizari sinit, irregularis simpliciter efficitur, si baptizati dolus vel culpa crassa intervenit, alias probabilius non. c. q in qualibet. 1. q. 7.

Rs. 3o. q ab haeretico se baptizari sinit, irregularis efficitur, c. Afros. d. 98. Rs. 4o. q in aegritudine pro montis periculum baptizatus est, presbyter ordinari non debet. Ratio est, qa suspicio est, q fides ab ipso non tam voluntarie quam ex necessitate suscepta sit, postea ipsius studium et fides probabilis reddatur. cap. Unic. d. 57. Idem de Neophyto dictum esse plures Canones docent, quos vide cit. apud Laim. lib. 1. tract. 5. part. 5. c. 2. n. 5.

Cap. 3m

De Irregularitatib. ex Ordinis Abusu.

Rs. 1o. q furtive ordinatur, se per dolum ordinandis ingerens, irregularis efficitur, saltem quominus ad superiorem ordinem promoveatur, potest tamen Episcopus cum talem ordinato dispensare, iuxta c. 1. de eo q furtive.

Rs. 2o. Clericus Ministrans in ordine quem non habet, irregularis efficitur, si v. g. diaconus Missam celebret, aquam vel nuptias solem-

niter:

niter iudicat, ita c. 1. &c. de Cler. non ordinato ministrante.
Sed ad hanc poenam Requiritur 1.° ut quis mortaliter peccet; 2.° ut
solenniter utrumque ex officio exerceat actum ordinis, quare non fit irregularis,
qui non diaconus in officio solenni Epistolam vel Evangelium canit, et Dalma-
tica induitur, modo manipulum vel stolam non deferat, quia proprium insigne
subdiaconi, est manipulus, diaconi vero stola. ita communiter.

Quaeritur, utrum id est licite fieri possit, videl. ut Clerici in Mino-
rib. constituti tanquam Cantores adhibeantur superpelliceo vel dalmatica induti
ad cantandam Epistolam vel Evangelium, aut Passionem Christi!

Resp. id ex consuetudine petendum esse, nam in aliqb. Ecclesiis Cathedralib.
vel Collegiatis id non permittitur, quibusdam vero Ecclesiis Sanct. Regularium
consuetum est id fieri in defectum subdiaconi vel diaconi. Ita S. Antonin.
part. 3. tit. 28. c. 1. §. 1. Et haec Concilio illegitima est de
Clerico dixit, non vero de laico, quia iura loquuntur solummodo de Clerico,
et in re odiosa. Unde si laicus solenniter baptizaret, Epistolam vel Evan-
gelium caneret, irregularis non efficeretur. Cur a. in iure Cle-
rico usurpanti alieni ordinis ministerium, irregularitas decreta sit,
non item laico, causa ea esse potest, quia talis usurpatio frequentior esse solet
in Clericis quam laicis.

Resp. 3.° Clericus violans Censuram, maioris Excom-
municationis, suspensionis ab ordine, interdicti personalis aut localis
exercendo actum proprium ordinis, irregularitatem contrahit. c. 1. de sent.
Ex re iudic. in 6. Requiritur a. ad hanc irregularitatem ut ex hac
1.° ut Clericus exercendo actum proprium ordinis mortaliter peccet,
quamobrem ignorantia sit non crassa sit, illum liberat. c. Apl.ca de
Cler. excom. minister. 2.° requiritur, ut minorum, quod Cle-
ricus in Censura exercet, sit proprium ordinis, seu ab alio, qui talem
ordinem non sit, exerceri non possit. Ex quo

Infertur 1.° Clericos in minorib. vix posse ex hac causa

irregularitatem

irregularitatem contrahere, quam quidem ferme obtinuit, et eorum minutia a laicis etiam solebant obeantur. S. Antonin. cit. c. 1.

Infert 2°. Clericos excommunicatos sive suspensos non fieri irregulares, si praestent ea, quae illicite, quae solius Jurisdictionis non ordinis officia sunt.

Infert 3°. Non fieri irregularem Clericum, si censura ligatus in Ecclesia Lectiones et responsoria canat, dummodo Officiatorem non agat, dando Collectam, praemisso, Dominus vobisc.

Sed quid si Clericus suspensus a suo ordine ad superiorem ordinem ascendat! aliqui illum irregularem volunt, — 1°. quia ascensus ad ordinem superiorem, est exercitium ordinis inferioris, a quo Clericus suspensus est; 2°. si diaconus ab ordine suspensus presbyteratum suscipiat, exercet minutius Presbyteri sacrificando cum Episcopo quo. Verum —

Rs. publicus talem non incurrere irregularitatem, eo quod haec irregularitas nec jure expressa est, nec rationes pro ea allatae convincant.

Ad 1am enim Rs. susceptionem ordinis superioris non nisi improprie vel abusive dici posse exercitium ordinis inferioris, quemadmodum irregularitas ad eam extendenda non est, cum poenae extendendae non sint, sed restringendae. Ad 2am Rs. Quod sacrificium non aestimari actum concelebrationis, cum neque certum sit, utrum reipsa consecret, an solus Episcopus. Ita Sair. lib. 4. c. 16. n. 22.

Caput 4m.

De Irregularitate ex Infamia.

Infamia est bonae famae privatio: Fama seu bona aestimatio est dignitatis illaesae status, legib. ac morib. comprobatus. L. cognitionem ff. de variis et extraord. cognit. Ignare infamia aliud non est, quam diminutio eiusmodi status.

Duplex est Infamia. alia Juris, alia Facti. Infamia Juris iterum duplex est, — vel n. oritur ex delicto proprio vel alieno. Si ex delicto proprio, tunc id duob. modis fit — 1°. Est aliqua atrocia crimina, quae si notorie committantur, ad judicis sententiam infamiam vero inferunt, quorum undecim enumerantur, inter quae pot. ana est, crimen lenocinii, crimen sponsaliorum vel matrimonii cum duabus, crimen publici usurarii

rarij, crimen laesae M.tis, cui assimilatur hostilis persecutio Cardinalium vel ad eam praestitum auxilium, crimen iurij, haeresis et sodomiae voluntariae et dicitur iuxta Trid. sess. 24. c. 6. de refor. matr. raptus Mulieris.

2°. Est alia de qb. reg. per iudicij sententiam infamiam incurrit, ut de crimen homicidij, adulterij, proditionis &c: Nota crimina publica, ad infamiam ex hoc capite incurrendam — Requirit 1°. processus ordinarij personam accusationis vel saltem vocato et audito reo ad sui defensionem. Requirit 2°. sententia iudicij, et non solum confessio criminis, quae adhuc effectum non sufficit.

Si infamia oritur ex delicto parentum, quod crimen laesae M.tis vel perduellionis admittunt c. felicis. de poenit. in 6. Item ex vili conditione personae, quae non infames ipso iure censentur histriones. c. aliquantos. d. 51. Item carnificum et quorundam lictorum filij in Germania, et haec infamia a iure Civili constitutae a iure Can.co receptae sunt. iuxta c. ord. 6. q. 1. Omnes infames esse dicimus, quos leges saeculi infames appellant. Verum cum Pontifex omnes personas tal.cas infamia notatas pristinae famae restituere potest; et haec de infamia iuris — Nunc de infamia facti, quae est —

Publica notitia vel opinio commissi criminis, per quam aestimatio hominis apud viros prudentes gravem laedit. c. ult. de temp. ordinat. Est tamen hic aliqua

Adverte 1°. non tantum publica commissi criminis evidentia, sed etiam communiter vulgata opinione infamiam contrahi, cum infamia aliud non sit, quam publicae aestimationis diminutio. 2°. Ut quis de crimine infamatus dicatur, non sufficit ut homines tantum levibus et ut prudentibus rumorem criminis perfectum esse, sed necesse est, homines prudentes talem de homine aestimationem habere. 3°. crimen debet esse tale, quod attento statu personae hominem merito vilis aestimationis reddit.

Venio nunc ad effectus seu impedimenta, quae ex iuris tum Civilis tum Can.ci dispensatione per infamiam inducuntur, quorum V.mus est, quod infames ad dignitates admitti non possunt iuxta reg. 87. in 6. Infamib. portae dignitatum non pateant. Est tamen discrimen inter infamiam

Iuris

Juris & infamiam facti, q prior n tm repellit a dignitib. & beneficijs agendis, sed privat et quaesitis. At infamia facti repellit qlem ipso Jure a dignitib. & beneficijs agendis, n tm privat quaesitis, cum nullo iure expressum sit. L. Unic. Cod. de infamib. lib. 10. Ex his solvitur illa qstio, Utr. collatio beneficij facta infami ipso Jure irrita sit?

Rs. Affirmne. & ratio est, qa ois irregularitas praedens collationem beneficij reddit ipsam subsequentem irritam; At vero ois infamia n solum Juris sed et facti irregularitatem inducit. g.

2us effectus est, q infamia tam Juris q facti repellat hominem ab actib. legitimis & publicis muneribus. c. licet. c. testimonium. q. 7.

3us effectus est, q utraq irregularitatem inducat. Ita cons. ex c. infames. 6. q. 1. qa puros & immaculatos in sortem Dni adoptari convenit. Restant duae quaestiones —

1a. Utr. infamia Juris, & q inde nascitur, irregularitas contrahatur ob solam criminis admissionem, tametsi occulta manet?

Rs. Negne. gl. in c. inquisitionis. de accusatib. ratio est, qa infamia tm radicaliter contrahitur, n fertur, qa talis infamia n nititur diminutione famae. g.

2a. qstio est, Utrum criminis infamia, & q inde nascitur irregularitas tollatur per poenitentiam?

Rs. 1o. si crimen, q ut infame a Jure damnatum est, occultum fuit, criminosus post actam poenitentiam sacros ordines suscipere n prohibetur. Ita Gar. z. part. 7. c. 8. n. 29.

Rs. 2o. Infamia ipso Jure vel per Judicis sententiam contracta ob crimen notorium, n tollitur per poenitentiam, sed per dispensationem Principis, cuius auctoritate infamia decreta est, c.

est. c. Euphemium. n. q. 8. qa eius est solvere cuius est ligare. Rs. 3°. infamia Facti, licet orta sit ex crimine enormi & digno depositione, penitus tollitur per factum contrarium, id est, per constantem vitae emendationem, iuxta S. Chrysost. d. 17. ad meliora conversum nequaquam prior vita commaculat. Hinc

Collige 1°. ex infamia Facti non oriri proprie dictam irregularitatem, nam irregularitas est perpetua inhabilitas ad ordines suscipiendos. 2°. Sacerdotem publicum concubinarium vel adulterum post peractam poenitentiam interposito aliquo temporis spatio sine dispensatione celebrare posse.

3°. collige, quod dicendum sit de haereticis & Apostatis, utrum post poenitentiam ad suos ordines admitti possint. Ad quod —

Rs. 1°. si haeresis vel Apostasia occulta fuit, nil obstat, quo minus conversi ordinari possint. ita cons.

Rs. 2°. si haeresis vel Apostasia notoria sit, impedit a susceptione ordinum, et post poenitentiam, & absolutionem. c. Phyteros. d. 53.

Pro fine Notandum est, haereticorum liberos non esse irregulares iis regionibus, in quibus nulla ipsis ob cri=

ob crimen paternum infamia aspersa est, ut in Regio-
nib. Septentrionalibus, in qb. Episcopi ordinare solent
ex haeresi ad fidem Catholicam conversos & absolutos; eo
quod tales neq. in Civili foro a publicis dignitatib.
& officijs repellantur.

Cap. 5m.

De Irregularitate ex Natalium Defectu.

Illegitimi filij omnes tum naturales tum spurij irregulares sunt, Can. ci. Juris
Constitutum. c. 1. & 2. de filijs Presbyt. q. introductum est in detestationem
scelerisprimi.

Dubitatur 1.o An si occulte quis illegitimus sit, sacros
ordines sine dispensatione accipere possit?

Rs. 1.o si ex una parte gravis causa urgeat, ut sacros ordines
suscipiat, ex alia vero parte, si dispensationem peteret, gravem se infa-
maret, tunc sine dispensatione ordinari potest.

Rs. 2.o si nulla necessitas urgeat, sacrum ordinem suscipere,
tunc ~~illo~~ illegitimus occultus abstinere cogitur, qa iura absolute sufficiant,
illegitimos irregulares esse sunt dicendo inter occultum & notorium.

Dubitatur 2.o Ver. Episcopus irregulare ex occulto
natalium defectu dispensare possit, ad ordines sacros, & ad cu-
ratum beneficium? Rs. probabilius Neg.ne qa non ex occulto crimine,
sed potius ex morali macula nascitur. Excipe, si bona
fide (vel et mala) aliquis ordinatus fuerit, quo casu haud
dubie

dubie est Epus dispensare pt.

Dubitatur 3°. De expositis quid faciendum sit?

Rs. 1°. Expositi, quorum parentes ignorantur, ad ordines sunt dispensare promoveri non solent, nec facile debent, cum vehemens sufficio sit, eos ex illegitimo thoro natos esse.

Rs. 2°. Epus tamen cum expositis dispensare pt, ut ad ordines et sacros et beneficia curata promoveantur. Ita Avila. part. 7. disp. 13. dub. 9.

Rs. 3°. si expositus ad sacros ordines sunt dispensatione admissus fuit, saltem in susceptis mutare pt.

Dubitatur 4°, quid juris sit, cum susceptis ex vero coniugio, sed parentib. illegitime coeuntibus, vid. post editum Castitatis votum.

Rs. Tali modo susceptos pro legitimis habendos esse, exceptis filiis Presbyterorum. De qb. c. litteras. De fil. Presbyt.

Caput 6m

De Irregularitate ex Bigamia.

Irregularitas hoc est ex defectu Sacramenti, nam matrimonium consumatum in lege Nova significat coniunctionem Christi cum Ecclesia per carnis assumptionem, teste Apostolo ad Eph. 5. Tres affirmantur species Bigamiae, irregularitatem inducentis, vera et proprie dicta, interpretativa et aliquando similitudinaria.

Vera bigamia est, si vir cum duab. legitimis uxorib. matrimonium consumavit, ob quam causam irregularis fit iuxta Apostolum 1. ad Tim. 3. oportet Epum esse unius uxoris virum &c: et diaconus fuit unius uxoris. Ad hoc autem debet matrimonium esse consumatum

mixta c. Abitur. Abigamis. qa coniugium illud, qd est
coniunctione corporum consumatum, pertinet ad illud coniugium Assig-
nandum, qd int. Christum & Ecclesiam per carnis mysterium est contractum;

Interpretativa bigamia est, qd sine iuris fictione
bigamia censetur, ab ordinib. et repellens. Eius 3. modi sunt,
quorum duo priores extra controversiam sunt — 1.o qd viduam vel ab
alto corrupta duxit, censetur bigamus, & irregularis, sicuti habet
can. apl.co 17. alias 18. qd incipit, si qs viduam. &c. Abitur.
& vlt. de bigamis. & hoc verum est, etsi mulier invita ab alio
corrupta sit. Item si vir spiritualis est viduam vel alter corrup-
tam sive ignorarit. Ita cons. qa hec irregularitas non oritur
ex culpa, sed ex defectu sanctitatis. Aliud dicas, qd vir
ante matrimonium cum una saepius fornicatus fuit, aut plures concubinas
habuit; 2.us si qs accessit ad uxorem propriam,
posteaque ab alto tempore matrimonii cognita fuit, c. si cuius uxorem.
c. si laici. d. 30. Ratio est. Affectus est sanctitatis. qa talis maritalis
coniunctio desinit habere perfecta sanctitatem Christi cum Ecclesia.

3.us est, a Doctoribus magis, qs iure introductus. si qs
post unam legitimam uxorem carnaliter cognitam aliam priore
vivente, aut mortua maritali affectu cognoscat, tunc qua
invalide per impedimentum nuptias contraxerat. & hec sententia in praxi
secunda est. In aliis v.o casib. qd int. DD. dubii & controversi
sunt, irregularitas in praxi non est timenda.

Sententia bigamia est, si qs post professionem in religione matrimonium
ghat & consumet cum aegine. Collige ex c. quotquot. 27. q. 1.
Ratio est. qa is priorem fidem Christo datam veritatem fecit, quam
ipsi bigamus irregularis censetur.

Sed qd

Sed quid de Clericis in Sacris constitutis?

Ad 1.um si viduam vel si ante Clericatum gregatus fuerat, quamcunque alteram in Clericatu ducat, tanquam bigamus irregularitatem contrahit. Ita c. nup. c. ult. de bigamis.

Ad 2.um Clericus in Sacris, qui ante uxorem non habuerat, contrahat matrimonium cum virgine, irregularitatem contrahit ab Episcopo post aliquem tempus dispensabilem, licet non bigamiae subterraneae. Ita c. 1. de Clericis vel foventes. c. sane sacerdotes. de Cler. Coniugatis.

Ad quod dicendum est, bigamum, etsi postea baptismum suscipiat, ordinari non posse. Ratio est, quia de Sacramento agitur, non de peccato, in baptismo culpa dimitti potest, sed abolere non potest. c. acutius. d. 26.

Porro ex eadem ratione colligitur baptismum infamiam civilem et non aboleri, quare si Judaeus v.g. ob furti crimen condemnatus Christus caesus baptismum suscipiat, Clericus ordinari non potest, nec a Principe prius famae restituatur. Eadem est ratio de Natalium defectu.

Tollitur vero infamia facti, quia per baptismum non solum tollitur peccatum, sed et morales maculae, quae praecise ex peccato contractae sunt. hinc peccatum commissum a Judaeo v.g. caedes dicitur in Dei iniuriam, post baptismum non potest puniri, v.g. Judaeus hostiam cultro sacrilege corcidit, ex inde mox sanguis prosiluit, post fidem susceptam non est poena afficiendus. ita praeter Innoc. c. gaudemus. Verum si ex delicto ante baptismum contracto persona vel communitas laesa fuit, obligatio satisfaciendi per baptismum non extinguitur. Ita Ostiens. h.

Cap. 7.mo De irregularitate ex corporis vitio.

Cap. 7m
De Irregularitate ex Corporis vitio.

Omnis defectus corporis, qui vel congruum exercitium ordinis impedit, vel notabilem deformitatem vel horrorem adfert, irregularitatem inducit, ita toto tit. de corpore vitiatis. Ex priori capite congrui exercitij impediti irregularitas, cui bracchium, vel manus, vel pollex, vel index &c: deest. Ita cap. Exponisti. c. ult. de corp. vit.

Ex posteriori vero capite notabilis scil. deformitatis irregularitas est, cui aures, nares, oculus, &c: desunt. Ex utroque capite irregulares sunt, leprosi, paralitici, phreretici, amentes, arreptitij, morbo caduco laborantes, & hi ordinarij non solent, etsi convalescere videantur; ratio est. quia nunquam tales perfecte sani creduntur, ut constat ex ultimo capite. 15. q. 1. & cap. maritum. ac totâ dist. 33.

In irregularitate ex notabili corporis vitio solius summi Pontificis est dispensare, quinimo aequum sit, ut Episcopus cum lunaticis aut daemoniacis in sacro ordine aliquo constitutis, si plerumque convalescere videantur, dispenset, ut ad altiorem ordinem ascendere possint. Quod idem

Dicendum de Religiosis, etsi nullos adhuc ordines acceperint, cum quibus dispensari quoque potest, vocante privilegij dispensandi in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, bigamia &c: ad extremum

Adl.m Inclubio non corporis aliquis defectus notabilis sit, ut irregularitatem inducat, ad ordinem Praelatum pertinet arbitrari, arg. c. 2. de corpore vitiatis. Quod si is sit Praelatus

ordinis

ordinis ab Epo exemptus, q dimissorias dare pt, ipse hoc arbitrium ferre licebit. Epus tn ordines conferens pt tale arbitrium vel admittere vel rejicere; Superest, ut iam diceretur aliqd de Irregularitate, q sequitur ex homicidio, et mutilatione, qa vero ipsi de hac egimus, illa intermissa ad cap. 8m pedem moveamus.

Cap. 8m

De Irregularitate ex obligatione servili.

Servus cum sui juris non sit, sed in Dni pte constitutus, in clericum ordinari non pt, sed expresso vel tacito consensu Dni sui, ut habetur Can. Apl.co 81. et tota dist. 54. et lib. 1. Decretal. de servis non ordinandis. At de his multum agere supervacaneum esse videtur, cum genus hoc servorum pridem desierit, quapropter pauca dicemus de originariis vel adscriptitiis, q servis assimulantur, primo

Not.m S, horum duplex esse genus, alii Dnis suis personaliter obligati sunt, alii obligati sunt rone possessionum;

Priores non pro pro solutio vel gratis a Dno manumissi sunt, discedere non pnt: quales sunt dio Tributarius. Posteriores vero q coloni dicuntur, et rone possessionis vel administrationis suae, Dnis obligati sunt, ante ordinari debent, quam eiusmodi obligationibus liberi sunt, atque admonitionis suae rationem reddiderint; cap. Admittuntur. c. gratis. d. 54.

Dixi (: nec Admonitionis suae rationem reddiderint :) vel
Collegiorum illos prohiberi ab ordinib. (quia ratione officij sui publi-
ci obligati sunt, c. 1. et obligatis ad rationem. Ut sunt procu-
ratores, actores, Curatores, Tutores pupillorum, nec sint con-
stituti causa pietatis, vel causa miserabilium personarum, quae ad
ordinationem, nec deposito officio, nec admittuntur. Neque est de-
posito tali munere ordinari debent, nec redditis rationib. ab
eo eiusmodi curis se expediverint. Sin vero post redditas
rationes debito pecuniario obstricti sint, nec videntur ab ordinib.
excludendi praestita cautione. Ob eand. causam ne videl.
Clerici saecularib. negotijs dediti spiritualium officiorum admonitione
impedianti, praecipue in c. sunt. Ne Clerici vel Monachi, ut quae
in sacris ordinib. constituti sunt, per subtractionem beneficiorum com-
pellantur officium Tabellionatus relinquere, quod idem de Clericis beneficiatis
censendum est. — Haec tamen publice attenda sunt in Consi-
storio saeculari, nec vero Eccl.co quia tabellionis officium in Eccl.cis
causis non dedecet absolute Eccl.cas personas. Sylv. xb. Ta-
bellio. q. 3. et alij. Neque item prohibitum reperitur,
sed potius per Ecclesiae consuetudinem concessum, ut personae Eccl.cae in Princi-
pum et saecularium curijs fungi possint officio Consi-
liarij, Cancellarij, imo et Judicis, in causis Civilib.
non a. Criminalib. Abb. in d. c. clis. n. 10. ne cli.
vel Monachi. Vim c. non est. n. 4. de voto.

Cap. Vltimum
De Dispensatione super Irregularitatibus.

Resp. 1a. est, solus Papa in Irregularit. Jure ordinario dispensare potest; ratio est, quia irregularitates Jure ~~[illegible]~~ vel Canonico constitutae sunt, in quo nemo inferior Summo Pontifice dispensat; quinimo a. is absolute possit dispensare in omnibus, tum in quibusdam id raro fieri solet.

1o. in Irregularitate Bigamiae, praesertim Vrae, cum illa ex Apostolica traditione descendat. 2o. in irregularitate ex homicidio Voluntario et illicito, cum crimen occultum sit, mixta c. 6. sess. 24. 3o. in irregularitate ex corporis defectu, si nimis magna deformitas appareat, ut in populo scandalum generare possit, si talis ad altaris Ministerium accedat; Vtr. a. magna vel parva sit deformitas, ad Episcopum vel Platum pertinet indicare. Certum a. est, quod maior deformitas requirat, ob quam aliquis, postquam ordinatus est, a Ministerio repelli debeat, quam ad ordinationem non admitti.

Dixi (: Jure ordinario :) solus Papa :) quia 1o. ex commissione illa Trid.ni sess. 24. c. 6. Episcopi et Plati Ecclesiam Jurisdictionem habentes, mixta Lamberinum. Tom. 2. disp. 27. quaest. 8. n. 3. facultatem habent super omni Irregularitate provenienti ex delicto occulto, excepto homicidio Voluntario, et exceptis aliis deductis ad forum contentiosum. hinc dispensare possunt

1o. In illicita mutilatione, si occulta sit; ratio est, quia Concilium tantum excipit homicidium, quod haec exceptio firmat regulam. 2o. In homici-

dio

dio occulto cāa adversionis facto, sed excedendo moderamen inculpatae tutelae, quae non censetur simpliciter voluntarium.

3.° Dispensare potest cum homicida occulto, qui tamen hominis necem directe non intenderat, sed solum indirecte & in cāa, ut si quis tegulam imprudenter a tecto deiciens hominem occidat; si quis alterum iniquè exhortare mandavit, per libertatem ne occideretur, mandaturus vero fines mandati excedens eum occidat &c: quia eiusmodi homicidia cum non sint ex proposito directo ac facti, non sunt simpliciter voluntaria.

4.° Cum eo, qui ex commissionis affectu infirmum extitit, ut liberet eum angustiis mortis, potius mortem accelerat; quia per homicidium voluntarium indispensabile, illegi videtur, quod eum crudeli vel inimico fit.

5.° In homicidio casuali mixto, sive indirecte voluntario, quinis notorium sit, dispensare potest Episcopus saltem ad ordines minores, & beneficium simplex non curatum.

Resp. 2.a est, Episcopi vi facultatis concessae à Trid. sess. 24. c. 6. non potest dispensare cum milite, iudice, accusatore, & similibus irregularitatibus absque delicto contractis, ob levitatis defectum. Ita communis & ratio est, quia tales irregulares non proveniunt ex delicto.

Resp. 3.a Prelati ordinum Mendicantium ex privilegiis suis praeterea habent dispensandi cum suis super omnibus irregularitatibus exceptâ eâ, quae ex voluntario homicidio aut bigamia vera vel interpretativa provenit, imo ex privilegio Martini V. potest dispensare cum suis super irregularitate ex homicidio non notorio.

Ita Rodr.

Ita Rodrig. Tom. 1. qq. Regul. q. 24. art. 12.

Atq; q hunc privil.^m dispensandi sup. oc. irregulate excepto homicidio, bigamia &c: ij dispensare sunt in irregularib. provenientib. ex homicidio indirecte voluntario, in casuali, &c: Item in irregulate proveniente ex homicidio iniusto ob defectum perfectae Lenitatis in Milite, Judice, accusatore, advocato, Teste &c: sicut docet Caiet. in Sum. Rb. Irregul. Rodrig. Tom. 1. qq. Regul. q. 24. art. 8. Ratio. qa nomine homicidij dispensabilis, id est, sup. cuius irregulate dispensationem Papa in orb. privilegijs sibi reservare solet, illud solum homicidium iniustum, ut tradit Navar. lib. 5. consil. 39. de homicidio. Edito 2.do Atq; hoc de Censura Eccl.ca cui omnia hact. ex hoc loco dicta, cum debita reverentia submittimus. Ad maiorem Dei, B.mae Virg. Mariae, atq; omnis. Glorias. 10. Febr. 1645.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

De Rebus Sacris, Sanctis & Religiosis. 14. April. 1644.

Scriptorum brevem explicato tractatu, transeamus iam ad res sacras, sanctas, quales sunt Ecclesiae, altaria, Sanctorum reliquiae in his conditae, vasa, vestes, & similia ad Dominum cultum Ecclesiae comparata. Paulo nunc de religiosis dicturi, ut sunt religiosae domus, hospitalia. &c:

De Ecclesijs aedificandis & reparandis.

Tit. XXII.

§. 1.

Ecclesiae nomen à Graecis, Εκκλησεία, quo significatur Congregatio. coetus in Jure Canonico & Civili Ecclesiae accipi solet,

Uno modo, pro multitudine credentium in Christum, & sic accepta triplex est: Triumphans, militans, purgans. gl. ad cap. fin. ex. praefatam Ecclesiam. ext. de ne praelati vices suas.

Altero modo accipitur pro aede sacra, in qua res divina fit, & sacramenta administrantur, ita Cod. de SS. Eccl. Nam extra Ecclesiam Missae sacrificium peragendum non est; sicut n. non alij, quam sacrati Domino sacerdotes debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in alijs quam Domino sacratis locis, i. in tabernaculis divinis praecib. à PP. delibutis Missas cantare aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Satis quod est Missas non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet, nisi

pro

pro summa contingat necessitate. text. expressis. in c. sicut. 11. de consec. dist. 1.

Tria vero requirunt, ut aedes aliqua sit Ecclesia.

1.m ut Episcopi authoritate fundetur, alioquin locus religiosus & sacer non potest. Unde Oratoria, quae in privatorum hominum aedib. erigunt, non sunt loca sacra, sed profana, quamvis pia, & reduci possunt ad priores profanos usus. At vero si Oratoria Episcopi authoritate fundentur, ad usus profanos reverti non possunt; ita Abb. c. Ecclesiae. n. 7. de Immun.

2.m ut fundata sit ad rem divinam fidelem & sacramenta conferenda.

3.m ut sit consecrata, alioquin non Ecclesia, sed Basilica dici potest, i. domus regia. gl. in c. 1. de relig. dom. & dedicanda. Vel potest dici Oratorium, quod authoritate privata potest exstrui; c. unicuique. 33. de consecr. d. 1. sed in eo sine authoritate Episcopi res divina fieri non potest, alioquin Clericus divina celebrans ab officio deijcitur. ita cit. c. unicuique & cap. Nullus presbyt. 15. de consecr. d. 1. Ex quo

Deducitur, quod statuto, quo poena irrogatur committentib. delictum in Ecclesia, non comprehendantur, qui delictum admiserint in aede, citra Episcopi authorem fundata. gl. & Panor. in c. ult. de consecr. Eccl. & alt.

Quaeritur 1.o Cuius authoritate Ecclesia fundari possit? Rs. Dicendum. In loco quod exemptus non est, nequit fundari absque Episcopi authoritate. c. nemo. 11. de consecr. dist. 1. si vero locus exemptus sit, remo potest Ecclesiam vel Ora:

torium fundare sub gsensu Rom. Pont. Ita text. exp.
in c. authe. de privil. in 6.

Quaer. 2°. Quis debeat primarium lapidem
in fundare Ecclesiae ponere? gl. in c. nemo. de consecr.
d. 1. ait, Epum esse parium lapidem ponere, ita et Authent.
de Eccl. tit. §. si qs. collat. g. & auth. de monachis.
vers. illud igitur coll. 1. & quamvis in his locis expressa men-
tio non fiat de pario lapide ponendo ab Epo, coerent tamen
DD. in praetaxatum huiusmodi Constitutionem eo sensu, ut necesse
sit Epum parium lapidem in fundare Ecclesiae ponere.

Quaer. 3°. sub qua forma sint Ecclesiae construendae?
Clem. lib. 2. Const. Apostol. c. 57. scribit Apostolos instituisse, ut
Ecclesia extrueretur oblonga & in modum Navis. & Anacleto.
epist. 1. in hoc n. mundo, tanquam in Mari exsamur, & varijs
ac multis malorum procellis iactati in Ecclesia tanquam in Navi tutem
servamur.

Quaer. 4°. Quae Ecclesiae construi possint?

Rs. 1°. Cum adeo multitudo fidelium excrevit, ut ad illorum
curam una non sufficiat, ita 16. q. 1. c. praecipimus 53.

2°. Cum parochianorum pars adeo distet a Veteri Ecclesia,
ut certis temporibus non sine magna difficultate & periculo illam
adire possint: ita c. ad audientiam 1. de Eccl. aedif. Quo
quidem casu si ministro commode prosuperari provideri possit,
nova quidem erit Ecclesia construenda, sed a filiali Matrici
Ecclesiae pro facultate loci competens honor exhibendus erit.
Ita cit. c. ad audient. eod.

3°. Visitatis intuitu nova Ecclesia aedificari permittitur,
veluti cum plures simul leprosi sub eodem vita congregati fuerint,

ijs n. q. Eccl.ia cum coemetrio, & q. proprio gaudere valeant
privilegio, permittendum erit. in cap. Sacris. de Sepult.
4.o Ego quoque in sua parochia novam Ecclesiam aedificare permittere.
ita c. bonae. 74. q. 2. Vic: pastoralis 11. de his q. fiunt a Platis. C.
Et quaestio obtinet tunc, quando nunciatur novum opus. Plerumque n. fit,
nunciatio novi operis illi, qui aedificat ad aemulationem. Ita Gail. obs. 69.
l. 2. aut qui aedificat, aut aedificij formam addendo vel detrahendo mutat
in alterius praejudicium. Ita cap. Significantib. h. t. qui antiquum aedificium reficit,
novum opus non facit. l. 1. §. si quis aedificium ff. de nov. op. nunc.
Fit novi operis nunciatio 36. ex causis, gratia Juris proprij conservandi,
v. g. quando non legitimum spatium in aedificando observatur, vel damni depellendi,
ne v. g. luminib. aedium officiatur, & publici Juris tuendi. Ita
l. 1. §. nunciatio. ff. h. t.

Triplex a. nunciandi forma est. 1.a verbalis.
2.a per actum lapidis. 3.a per praetorem. ita l. de pupillo. §.
meminisse hoc tit. Haec tamen nunciatio ut valeat, debet cli-
quas conditiones habere. 1.a est, quod fieri debeat in re praesenti, id est
eo loci, ubi novum opus fit, ei, qui in praesenti fuerit, ut fabris & opi-
ficib. qui istic operantur; nec refert quis sit is, qui in praesenti fuerit,
cuique conditionis. Nam etsi muliere vel puero vel puellae vel
famulo fit, teneat nunciatio; alibi a. facta nunciatio, nul-
lius est momenti, etsi Domino fiat. d. l. pupillo. §. si quis forte.
2.a quod nunciatio operis novi fiat per ijs operib. tantum, quae solo
iuncta sunt, quorum aedificatio vel demolitio videtur opus novum
constituere. ita l. 1. §. hoc autem. ff. hoc tit.
3.a quod haec nunciatio debeat fieri adversus futura opera,
non adversus praeterita, hoc est adversus ea, quae nondum facta sunt,
ne fiant. cit. l. §. 1. 4.a Rot. debet esse

nunciaverit, quot sunt loca, in quibus aedificarunt, nec sufficit una nunciatio pro pluribus locis. d. l. de pupillo. §. si in pluribus.

5.a quod opus novum nunciat, iurare debet non calumniae causa opus novum nunciare, d. l. de pupillo. §. qui. 14. Si iuramentum a parte vel Judice exigatur, aliàs omitti potest, ut gloss. ibid.

Fieri a. potest nunciatio 1.o quomodo dici; 2.o nostro & alieno nomine, modo plenum mandatum habeamus. 3.o adversus absentes et invitos & ignorantes. ita d. l. 1. ff. hoc tit.

4.o fit nunciatio à Clerico quoque laicum, & eg. sed coram Judice Eccl.co cap. significantibus. & ibi Antonio in 2. not. extra. hoc tit.

5.o etsi fiant Ecclesiae vel loca religiosa, quae non sunt in alterius praejudicium aedificata. licet n. religionis favor sumus sit, is tamen ad justitiae normam revocandus est.

Triplex Edictum. Dari in nunciatione novi operis. Prohibitorium, Demolitorium & permissorium, ne scil. quis prohibeat volentes aedificare, qui satisdedit. Prius me explico circa prohibitorium.

1.o quod aedificatum est post nunciationem, debet demoliri expensis ipsius aedificantis, s. iure s. iniuria aedificatum sit. l. praetor. §. 1. ff. hoc tit. quod licet durum satis videatur, tamen non caret ratione; Nunciatio n. novi operis extraiudicialis quaedam appellatio est, unde pendente appellatione nihil attentandum. Praeterea postea quam nunciatum est novum opus, is cui facta est nunciatio, iuris, non facti fiat, tueri se, hoc est, iudicem adire & remissionem operis petere potest; id nisi fecerit, ob contemptam praetoris M.tem opus postea factum demoliri debet. Gail. observ. 16. lib. 1.

7.º Si in optione denuncianti novum opus, antequam intra 3. menses in iudicio doceat, an recepta cautione de opere demoliendo statim aedificare permittat; cap. ex parte tua, de cap. fin. hoc tit. post lapsum trium mensium procedit in causa, ac si in aedificio data cautione de opere restituendo sive demoliendo. leg. de eo. 5. l. vnic. C. hoc tit. 8.º Interdictum prohibitorium est perpetuum, durat ultra 30. annos. quia causam continuam habet. l. Praetor ait. ff. hoc tit.

Interdictum Restitutorium sive demolitorium, licet proprium sit speciale ex parte nunciantis, est perpetuum. d. l. Praetor ait.

Interdictum permissorium, ne quis prohibeat aedificare volentem, qui satisdedit, de quibus ita male de iure Civili; quod de proprio, tum de iure Canonico remedia propria, potius tamen hodie specialia, tum sunt perpetua. cap. Sicut ait. de restit. spoliat. videatur Innoc. Joan. Andreae.

§. 12.

De Consecratione Ecclesiae.

Not. 1.º basilicam legitime consecratam non esse iterum consecrandam, nisi per incendium, quod minus consecrationi convenit. in sola cap. consecrand. de.

Quod ne quis sine cultu consecrationem neque potest, citius conficiendum erit. cap. fin. de consecr. Eccl. vel alt.

Nota 2.º Ecclesias non esse consecrari, ni nulla dos sit constituta. ad quod is, qui fundat vel construit Ecclesiam, in re aliqua ad dotem assignandam. Ita cap. cum sicut. de consecr. Eccl.

Quaero 3.º a quo debeat Ecclesia consecrari?

Rs. ab Epo loci, nam Epus extra suam diœcesin Ecclias consecrare non potest, absque consensu Epi. cap. tua fraternitas. 2. de consecr. Eccl. Dubitatur h. an Epus possit simplici presbytero delegare jus consecrandi Ecclias? Rs. Non potest. quia potestas consecrandi Ecclias est ordinis Eplis, non juris. dis. cap. aqua hoc tit.

Quaeritur 2o. quamdonam Ecclia egeat consecrare?

Rs. in 3b. casibus. 1o. est, quando nescitur vel ambigitur an Ecclia sit consecrata necne. nec apparet aliquid ex Sa. libris vel aliis signis. Ita Can. Ecclia de consecr. Eccl. 2o. quando Ecclia fuit igne exusta, ita ut fuerint parietes combusti, vel abrasi, ex toto vel maiori parte; Consecratio n. consistit in parte exteriori parietum, quae Chrismate liniuntur, et in qb. crucis signum apponitur. Porro si tectum Ecclie solummodo fuerit igne exustum, non est iterum consecranda Ecclia. caput. Lignesis. de consecr.

3o. casus est. si Ecclie parietes ex toto vel maiori parte corruerint, ita ut oportuerit eos denuo reparari, et ex eiusd. Ecclie lapidibus, cap. de fabrica. de consecr. dist. 1.

Dubitatur hic, an si parietes Ecclie paulatim per partes decidant, et paulatim reparentur, sit Ecclia denuo consecranda?

Rs. probabiliter, non esse iterum non esse consecrandam. Ita Gloss. de Ostiens. in c. prosecuti. h. t. quam communem esse testatur, Sylv. verb. Consecratio. 2. q. 5. Rsu. 3tius est. Ratio est. quia non solum secundum Can. et leges, sed et secundum rei veritatem navis quae paulatim per partes dissipatur ac solvitur, et per partes reparatur, est ead. quae antea, et limitis est ead. quae antea, licet aliae nascantur et morianur. l. proponebatur. ff. de Judiciis.

& flumen manet semper idem, quamvis aqua superveniat & cursu abeat, sic ead. ripsa est ead. semper Ecclesia, quamvis paulatim decidat per partes & reparetur. Ratio est, quia partes adiunctae fiunt una & ead. res cum partib. quib. adiunctae, Item in his, quae fiunt unum accessione vel additione partium, dignius trahit ad se, quam est minus dignum, ut si oleo vel aquae sacratae oleum & aquam profanam, s. non sacram addideris.

Secus est, si modicae parti parietis Ecclesiae consecratae addatur magna pars, quia pars maior non trahitur ad formam partis minoris, sed egrio. Sylv. in v. aqua benedicta. q. 3.

Quot modis Ecclesia dicitur polluti, ipsa pollutum Coemeterium. Praeterea feciatim polluitur, polluta Ecclesia, si est illi Coemeterium coniunctum. can. 1. de consecr. in 6. Sic quoque interdicta Ecclesia, est Coemeterium coniunctum est interdictum. c. si Civitas. de sent. excom. in 6. Non tamen polluitur Ecclesia coemeterio polluto, quamvis illi contigua. cap. 1. de consecr. Eccles.

At si coemeterium non sit Ecclesiae coniunctum, non polluitur, quamvis violentur Ecclesia, illud n. ut pro polluto habeatur, necesse est, ut scorpium per se violentur. ita d. c. de consecr. Eccles.

Quaeritur 3°. An Ecclesia debeat iterum consecrari, si altare motum fuerit, aut lapis suppositus, qui sigillum continet, confractus enormiter, aut diminutus sit.

Res. Negative sed ipsum solum altare denuo consecrandum. text. expressus. cap. 1. h. tit.

Cum mentio hic facta sit de altari. Sciendum est altare esse triplex. Unum scil. stabile & aliud portabile. ut in c. quoniam. de privil. in 6. quod, iuxta Abb. in c. 1. de consecr. Ecc. est parvus lapis, continens in se foramen

cum gheccrare, signo supposito.

Quaeritur 4.° Quomodo instituantur altare!

Rs. 1.° altare stabile, iuxta Abb. cit. cap. fit sive consecrantur 36. modis. vel fit unum foramen parvum, vel in superiore parte in mensa lapidea altaris, vel ante altare vel in latere dextro altaris, et post gheccrationem claudentur lapide parvo quadrato, vel rotundo, quod vocatur sigillum. et in ipso foramine ponuntur reliquae, et nomen ipsius consecrantis, et nomen sancti, in cuius honore gheccrantur.

Rs. 2.° altare portatile est fit, s. consecrantur 36. modis; aliquando n. fit ex ligno et lapide, ita quod lapis est ~~sepulchrum~~ sigillum et sepulchrum est in ligno: aliquando v.° ex lapide solum, ita quod in ipso lapide est sepulchrum; aliquando ex ligno et lapide, ita tamen, quod in lapide est sepulchrum, et sigillum, et lignum ponitur pro augenda latitudine: aliquando a. fit in lapide solo, sine sepulchro et reliquiis. sed iste 4.tus modus non est tutus. vide Abb. h. c. 1. eod. tit.

Quaeritur 5.° quomodo possunt instituere altare.

Rs. 1.° quidem ad gheccrationem, solus Episcopus instituit, id est, consecrat: tam stabile quam viaticum. cap. nullus. de consecr. dist. 1.

Rs. 2.° quidem ad erectionem eius, portatile quidem instituere potest quilibet lapicida, stabile v.° licitum est presbyteris erigere, vel instituere in ecclesia non gheccrata; in gheccrata v.° non nisi de licentia Episcopi. c. nullus presbyter. de consecr. dist. 1. et eod. modo in ecclesia gheccrata sine consensu Episcopi non sunt altaria destruenda. arg. cap. placuit. de consecr. dist. 1.

Quaeritur 6.° quando exercetur altare, ut sit re-
consecrandum. Rs. 1.° quod stabile violetur 4 tuor modis,

1.° si mensa penitus vel enormiter frangatur, ita ut appareat
deformitas, quod secundum Ost. arbitrio Episcopi determinabitur.

2.° si mota fuit iunctura, quae mensa stipiti adhaeret,
et hoc s. sepulchrum sit in latere altaris, s. et multo magis,
si sub ipsa mensa, nam in illa iunctione praecipue illud est con-
secratio altaris, secundum Abb. c. proposuisti h. t.

3.° si quod de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam,
moveatur, ut in c. adhaec. 1. et in c. quod in dubiis 3. h. t.

4.° si moveatur et frangatur et minuatur sigillum sepulchri,
can. si motum. de consecr. dist. 1. et hoc ubicumque sit sigillum,
et in latere, secundum archidiac.

Rs. 2.° altare portatile exercetur multis modis:
quorum 3. potiores enumerat Sylvester. &c. altare. q. 8.
versu. portatile.

1.° fit per remotionem lapidis a ligno, quando sepulchrum
est in ligno secundum mentem Joan. Andreae. in c. ligneis. eod. tit.

2.° quando moveatur sigillum sepulchri existentis in lapide,
s. lapis sit in ligno s. non; ita etc.

3.° si lapis ipse notabiliter frangatur, ut in d. c. ligneis.
et hoc solum modo violari potest, quod non habet religas. vide plura
apud Sylv. ex. altare. cit.

Ex his Deducitur, quod Eucharistia vel altare semel
Deo consecratis non debeat iterum consecratio adhiberi, quia velut
infans a Sacerdote rite baptizatus, non debet iterum bapti-
zari. can. sicut. dist. 68. et can. Eucharistiae. de consecr. d. 1.

ita nec locus semel Deo dicatus iterum consecrari non debet.

Quot modis Ecclesia consecrata polluatur.

§. 3.

Ad. Pollui seu violari 6. modis.

1.mus est per homicidium in ea perpetratum ab aliquo voluntarie, etsi nullus sanguis ibi effundatur. v.g. fit homicidium per suspendium. c. tuam. de privil. &c. unic. de consecr. Ecc. in 6.

2.us est effusio humani sanguinis voluntarie & cultum sacrum loco debitum facta. c. promisti h. t.

3.us est effusio humani seminis voluntarie intra Ecclesiam facta. c. significasti de adulter. &c. Eulys. de consecr. d. 1.

4.us quando in ea excommunicatus sepelitur. c. consuluisti de consecr. Ecc. Reius corpus est extra Ecclesiam proiciendum, si ab aliis discerni queat. can. Ecclesiam de consecr. d. 1.

5.us si in ea sepeliatur paganus, vel is, qui baptizatus non sit, cit. can. Ecclesiam. Sed quid Dicendum si mulier Christiana gestans in utero foetum, moriatur, vim Ecclesiae sepeliatur! an tunc violetur Ecclesia! Ad. Minime. quinis foetus vnacum matre mortuus in Ecclesia sepultus sit, quia sepultus est tanquam pars ventris, dum separatus a matre. cap. si qua. de consecr. d. 4. & Sylv. Ob. consecr. 2. q. 5.

6.tus est, quando consecratur aut benedicitur, ut dicunt, ab Episcopo Notorie excommunicato; vnde, antequam reconciliatur, dicta in eo celebrari iure non potest, aut aliquis sepeliri; ita Ostiens. Abb. in cap. Consuluisti. de consecr. Eccl. Contra iam dicta

Obijcies — Ecclesia non potest pollui, iuxta cap. vestra. de cohab. mul. & iller. &c. Ad. verum esse,

q. Eccl.ia, q. n. p.t peccare, n. p.t et pollui a p.tis hoiz, s. ista reconciliatio fit ad terrorem, ut hoies inde intelligant, q. ex facto atroci, et sancta polluantur, ita ut inducantur ad cogitandum, quantum sit laborandum p. expiatione proprij p.ti;

Vn, Infertur 1.o p. DD. q. ubi ista fierent occulte, n. sit opus reconciliatione, qa ut Joan. Andreas ait, Eccl.ia n. indicat de occultis. 2.o q. eod. mo violet Eccl.ia n. gherata, q. consecrata, cap. fin. de Consecr. Eccl.

Reconciliatur a. Eccl.ia gherata, eo mo, q. dicitur in Pastorali. et similiter Cremeterium. Eccl.ia v.o n. gherata aqua exorcizata lavatur, in ista cap. fin. de Consecr. Eccl. Certum a. d., q. reconciliatio fieri debeat aspersione aquae, p. Epm sacratae, cum sale, vino, et cinere. et fieri debet ab Epo vel alio Antistite eiusd. gsensu. Pt et Eccl.ia reconciliari p. simplicem sacerdotem mandato tn Romani Pont. n. v.o Epi. et aspersione aquae, ab Epo sacratae. Si v.o Eccl.ia n. sit consecrata, s. tm benedicta, uti dici solet, ab Epo pt reconciliari p. simplicem sacerdotem. gl. in c. ult. de Consecr. Eccl. et aspersione aquae a simplice presbytero benedictae. Nam in eod. cap. solum dicitur eam ea p.tinus lavandam aqua exorcizata, q. n. oportet vel Epm expectare, vel ab eo aquam sacratam deferri.

§. ult.

De Reparatione et Dedicatione Eccl.iae.

Inter 1.o gsnam fure Eccl.iam reparare cognum!

Ad-lum syl. ex. Eccl.ia, 2. q. 4. reparari debere sumptib. ipsius Eccl.iae, si portionem hat deputatam ad usus. Inodsi

haec portio ad id non sufficiat, rector et alij, qui in ea beneficia habent, conferre et contribuere debent, vel standum erit ordinationi Episcopi, vel maioris partis Capituli. Item ubicunque est consuetudo recepta, ut laici suis expensis Ecclesiam reparent, id debent fieri, quia ibi Sacramenta percipiunt, et rem divinam audiunt, immo ad eam consuetudinem servandam compelli possunt; ubi vero talis consuetudo non extat, quod percipiunt 4.am partem proventuum, quae olim per Canones fabricae erat deputata, eam solvere debent, ut reparetur Ecclesia, quâ reparatâ, ad eosd. ea 4.a proventuum portio redibit. Unde Abb. c. 1. de Eccl. aedif. ait, Praelatum debere 4.am partem proventuum tribuere ad reparandam Ecclesiam, quando ad id nullos redditus habet Ecclesia. Et consuetudo non transtulit ad populum onus fabricae. Quod si 4.a illa portio ad reparationem Ecclesiae non sufficiat, conferre compellendi sunt, qui ea beneficia possident, adhibitâ tamen moderatione Concil. Trid.ni sess. 21. c. 7.

Quaeritur 2.o An possint Ecclesiae destrui et ad usus profanos quaeri? R. Ecclesiae, Oratoria, Monasteria conventi non possunt ad usus profanos. Ita cap. quondam. 19. q. 3. et Quaesti. 16. q. 1.

Immo si destruantur, ligna et lapides quaeri nequeunt ad privatos laicorum usus. Quamvis, ut ait gl. c. quae semel. 19. q. 3. ex huiusmodi lapidib. lignis, construi possunt dormitorium, vel capitulum religiosorum, vel possunt huiusmodi ligna in Cogna Monachorum comburi. Ita c. ligna. de consecr. d. 1.

Notandum 1.o quinis Ecclesiae aedificium sit omnino divinum, tum loci solum sacrum remanet. gl. in c. quae semel. 19. q. 3.

Notm 2o. q monachi quenti non possunt in Ecclesiam saeculares, gl. in 8. q. 1. c. si monachi. 24. q. 4. nec enormiter vivant, q casu removeri possunt monachi, & institui Canonici saeculares, cum authe tamen Papae. Vel nec ita sit, q non mutentur aliq de ordine illo, p quos locus possit reformari vel nec alter locus ille non possit reformari, quia p Canonicos. Ita c. Inter. de relig. dom. Eg vo. videtur q Epus sua authe sola fretus de Ecclia saeculari possit fre regularem 16. q. 7. c. si qs vult.

Quaer 3o. An divinta Ecclia omnia eius privilegia sublata censeantur?

Rs. Cum Innoc. & Abb. c. de non. op. nunc.

Dicendum. Si Ecclia destruitur authe Supis ob delictum Clericorum, s. ab alia iusta causa, Clerici ibi instituti non possunt amplius vocari Clerici, & Canonici illius Ecclie, nec aliqd ex quentib. illius Ecclie deputatis percipere possunt. Idem Juris est de incolis alicuius Civitatis aug. l. si usufructus. ff. qb. mod. usufr. am. Si vo. Ecclia diruatur vel ab hostib. vel a tyranno, vel ut reparetur, tunc retinet omnia sua privilegia: Item si authe Supis. ad alium locum transferatur, vel alteri Ecclie uniatur s. coniugatur, Ita Sylv. ob. Civitas. q. 2. Ex his

Dedicatur 1o. q Ecclia vo. non destructa, & reparata, retineat Pontificium privilm q visitantib. illam Ecclia certis qbusd. dieb. gaudent Indulgentie.

Dedicatur 2o. q si imperata aliqa Ecclia sit altare hns Pontificium privilm. Ut q in eo Missae Pontificium

p defunctis fecerit, liberet vna aiam ab igne purgatorij. Et destruere et reficiare, vel auctoritate sup.ris ad alium Ecclesiae eiusd. locum transferare, retineat privil.m antiquum: qa videtur esse concessum in bonum illius Ecclesiae, in qua est rectum altare. Et id probat ratio supradicta de Ecclesia.

Desinunt tamen Indulgentiae praedictae, si Ecclesia vel altare destruatur, donec reaedificetur. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 9. c. 3.

Quaeritur dum an solemniter Dedicationes Ecclesiarum sint celebrandae.

Ad. affirm.ne Idque per singulos annos. c. solemnit. de consecr. d. 1. ipso Omnino exemplum dante, qui dum ad festum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omnibus idem fundi formam tribuit, Nam cuius operatio iuxta S. Greg. vera est instructio.

De Religiosis Domib.

Tit. XXIII.

Religiosae domus, dicuntur Monasteria et hospitalia, quae pietati exercendae ex professo dedicatae sunt, et plerumque Ecclesiis coherent. ita toto tit. extra. et in 6. de relig. dom. Horum Monasteriorum aliqua est subiecta Episcopis, in quorum dioecesib. sita est. c. quidam. c. Monasteria, 18. q. 2. Aliqua vero exempta est privilegio, vel praescriptione 40. an. c. cum personae. de priv. in 6. Ut a. clarius illustrari, quid sit, Ecclesiam aliquam exemptam esse, necesse est aliquas qq. de natura exemptionis dilucidare — Ad q.

Praesciendum est 1.o Exemptionem esse quandam liberationem a parte ordinarij inferioris Papae, stante subiectione immediate ad Rom. Pont. — Exemptum a. esse eum, qui exemptionem petitur, s. q. non subest

Jurisdictioni ordinarij. Ut patet in c. personae. de priu. in 6.
Unde solus Papa vel legatus de latere potest cognoscere de causis quae exemptum, ut notat in c. post translationem. de off. leg.

Praesidendum est 2°. Cametsi privilegium largissime interpretandum sit, quoniam se in quantum scil. praeiudicat praecedenti, tamen restringendum est in quantum praeiudicat tertio vel iuri communi, in quo non habet locum iura dicentia. Quoniam Papae latissime interpretandum esse. Abb. in c. olim. n. 7. d. V.S. — his praemissis

Quaeritur 1°. Quotuplex sit exemptio?

Resp. esse duplicem. quaedam est Personalis, quae eximit personam. Ut a nullo scil. et legato Apostolicae Sedis vel Judice delegato excommunicati, interdici vel suspendi possit. Quaedam vero Localis, quae fit loco, i. Ecclesiae vel monasterio, et iste subdividuntur in — Vertem, quae scil. Ecclesia vel persona cum veritate Juris spectat ad Papam, ita ut Metropolitanus aut Dioecesanus nihil Juris habeat in exempta. & Partem, quae quod eximitur in parte, in certis casibus v.g. si fortè aliqua Ecclesia, quantum ad hoc est exempta, ut nullus Episcopus vel Archiepiscopus possit in ea divina suspendere, sicut in sua Dioecesi, et alias ei exhibeat reverentiam et honorem. Insuper quaedam exemptio, quantum ad monasteria et Superiorem non recognoscens praeter Papam, quaedam vero recognoscit quidem Superiorem, non Dioecesanum vel Metropolitanum, sed praelatum eiusdem ordinis. gl. in Clem. attendentes. de statu Monach.

Quaeritur 2°. Quae illegitimae exempta, exempto loco vel personâ?

Resp. 1° quae exemptâ Ecclesiâ vel monasterio, illegitimi exempti ipsius Monachi, vel Canonici Clerici, et et Conversi perpetuoque oblati; Non a. eiusdem Ecclesiae Presbyter, quae parochianorum

curam, quoad pertinentia ad curam illam, nec ipsi Parochiani. Ut in c. per exemptionem. de prin. in 6.

2°. Eximitur et exempto Monasterio secundum gl. in d. cap. Ecclesia. Et ipsius coemeterium, Ecclesiam et theatrum cum pomariis et hortis, iuxta Ecclesiam positis. c. nevria. et c. nulla. 12. q. 1. 18. q. 4. Videm dic de Dormitorio et Domib. Clericorum. quae sunt iuxta Ecclesiam cum eorum hortis. arg. d. c. nevria. et cap. diffinivit. Si a. Canonici alicuius Ecclesiae eximantur, ipsi soli sunt exempti, non a. Ecclesia vel eius Clerici; sed si eximantur Clerici cuiusque Ecclesiae, tunc tam Canonici quam alii Clerici sunt exempti: non a. Ecclesia, nisi aliud exprimatur. Ut in d. cap. per exemptionem. Nec et Conversi vel oblati. Ut ibi dicit gl.

Quaer. 3°. quae sit differentia inter exemptionem datam, ratione loci et ratione personae? Respondet Pan. in cap. tuarum. de privil. quod quando exemptio datur ratione loci, puta Ecclesiae et Monasterii, in istis locum habet cap. 1. de privil. in 6. Quod ratione delicti commissi extra locum exemptum vel ratione gratiae alibi initi, vel ratione rei alibi sitae, primum coram ordinario convenirii, et ab eo puniri. Quando vero datur exemptio ratione personae, non loci, ut in privil. concesso. capellanis et familiaribus. Papae. de talib. non habet locum cap. 1. quia nec et ratione delicti puniri possunt ab ordinariis. Alter eorum privilegium esset inutile, quod esse non debet, ut in c. si Papa. de prin. in 6. Ex quibus omnibus

Conclude, quod exemptus ratione loci vel rei, non censetur exemptus ratione alterius rei vel loci; Unde privilegium concessum personis, ipsum certi loci non extendunt ultra locum, quare tale privilegium censetur potius reale quam personale. Ut notat Abb. in c. cum Capellanis. de privil. secus in exemptione ratione personae.

Quaer. 4°. quibus rebus probetur Exemptio?

Rs. multiplicib. ut probat in c. si papa. de princ. in 6. puta, si papa dicat in privilegio exemptorum, vel faciendo sup. exemptione, Ecclesiam Sancti Petri exipere, sive ad Jus & proprietatem Ecclesiae Rom. pertinere, vel ad Rom. Ecclesiam spectare, aut sub medio aut spectare pertinere: vel si dicat, quod Ecclesia sit libera: seu potiatur Rom. Ecclesiae libertate; sive, quod Episcopus ibi non audeat Cathedram collocare, seu aliquod Imperium exercere, vel praesentem: Aut quod eam exiuat a parte Episcopi. Item si recipiantur in proprios subditos, per quod & similia cognoscitur exemptio, ut ibi patet. cit. cap. si papa.

Secus si reciperentur sub defensione, ut in c. ex parte, vel 2o. de privil. vel in proprios filios. quia non erunt exempti, ut ibi dicitur.

Dubium 5o. Uter. si regulares ab ordinariis, tereantur ondere sua privilegia, quae dicunt se exemptos?

Rs. quod sic: Et tradere transcripta authorum, quod gb. fuerit quaestio. Et si ad exemptionem allegent solam praescriptionem, de hoc debent fieri fidem. Et si allegent utraque, tunc si privilegium ad plenum non sufficit, sed tamen causam praebeat praescribendi, Tenentur praescriptionem probare, & probatione non pendente, non turbentur, & si non allegent, nec exhibeant, saltem tale privilegium quod causam praebeat praescribendi, dioecesani utiposterunt Jure suo, cap. cum personae. de princ. in 6.

Ostendere a. & ad legendum integratum exhibere debent, in loco congruo & sequaro intra terminum competentem ordinariorum, vel delegatorum ipsorum arbitrio moderandum

cit. cap. & tit. Ubi gl. dicit, quod si ord.rius dicat, esse suam Jurisd.m & subditus hoc neget, bene cognoscat ord.rius an sua Jurisdictio de rescriptis super litteris, an v.o ad omnem suspicionem tollendam melius videtur expedienda per delegatum. Ita de foro compet. c. si quis.

Quaeres hic 1.o Utrum pendente lite super validitate privilegii, seu an fuerit concessum, debeat quis primarii usu possessionis vel quasi, etsi possessio sit ejus?

Rs. Abb. in c. 1. ut lite pendente. quod non. textus est in c. cum personae. de priv. in 6. B. quod si tales. cum seqq. Ubi dicit Joan. Monachus, quod pendente lite non sit turbandus in possessione sua, etsi possideat ejus jus coram, dummodo ex aliqua probatione, licet non sufficienti ad finale intentum, ipse justificet possessionem.

Quaeres 2.o Utrum exemptus citatus ab ord.rio teneatur comparere? Rs. Cum distinctione. Vel est notorie exemptus, & iam diu toleratus privilegio exemptionis, tunc non tenetur, nec valebit ~~[illegible]~~ sententia super papali, quia est a non judice suo, neque tanquam ejus contumacem. text. in Clem. pastoralis, B. Cisana. Si v.o non constat ita notorie, tunc teneatur comparere & allegare privil.m — & in loco congruo & securo intra terminum competentem ord.rio offendere. Ita cap. cum personae. de priv. in 6.

Quaeres 3.o Utrum exempti gaudeant coram ord.rio tot loci, si alibi extra locum suum delinquant, aut contrahant, vel res consistat?

Rs. Affirm.ne quacumque ea gaudeant libertate. c. vo:

lectes de priu. in 6. hanc doctrinam

Limita 1.a nō exempti ēt in hoc sint privil.ti ut ēt alibi nō possint gueriri rōe delicti (contractus) vel rei litigiosae. Limita 2.a si delictum contractus aut res litigiosa sint in loco exempto.

Lim. 3.a si predicta sint alibi, & ipsi sint in loco sui domicilij, qa nō possunt gueriri, ubi hnt domicilium: ita in d. c. volentes. ss. in eos. in fine.

Inter 6.tum Pone, qd Papa concesserit privil.m monrum monialium, ut nō tereanū ad procurationem legatorum, etsi in litteris eorum dicatur, ut tam nō exempti q̄z exempti tereanū, nō de indulto concesso monrum fiat mentio de verbo ad verbum, q̄ voluit in istis litteris habere pro expressis. Inter hanc p has litteras huic privilegio derogetur! Rs. Affirm.ne qa per verba generalia plen.ma renovantur omnia privilegia, statuta & consuetudines, ut ē textus in Clem. dudum. de sepult. Deinde si diceremus contrarium, indirecte minueretur potestas Papae, qa cum privilegia in facto consistant, & Papa nō hat omnium memoriam, impossibile foret, qd de hmōi oib. privilegijs fret mentione de verbo ad verbum. Unde satis ē qd appareat de ipsius intentione, volente renovare talia privilegia.

Conclude 2.o qd tam in hac q̄z alia mā de beatum temp. consuetudine privilegij tenore, & sc̄m eorum vim iudicare, vel pro privilegio vel pro renovatione.

Inter 7.mum Resolt.mo qd possunt vel nō possunt exempti. Rs. Multa.

1.° exempti non possunt construere oratoria vel capellas in locis non exemptis sine licentia Dioecesanorum, nec etiam in constructis celebrare, vel celebrari fere tempore interdicti, in casib. non expressis: alias per ordinarios compescantur. Et si per hoc Conservatores ferrent sententias contra ordinarios, illae non valerent. Ad privil. c. auctoritate in 6. Quod intelligitur de oratoriis publicis, quia in privatis possunt, iuxta gl. ibi.

2.° Non possunt etiam praedicta fere in locis exemptis sine licentia vel privilegio sedis Apl.cae speciali, ut in d. c. authentica. B. inhibemus.

3.° non possunt etiam assumere lites suorum hominum, vel censualium. Ita gl. in cit. cap.

4.° In eos religiosos, qui privil.m habent, ne a quoque possint excommunicari, suspendi vel interdici, pro ulla causa, vel in ullo loco ordinarii, quatenus ad istam Jurisd.m suam exercere non possunt, ubicunque fuerint, nisi illi monachi mitterentur ad Prioratus subditos ordinariis, quia tunc licet utrobique sint Monachi, ordinarii quoad praedicta, et illos iudicant, quandiu ibi manent. ita c. volentes. De priv. in 6. et Trid. s. 7. c. 14. de reform.

Ab initio huius tituli dicimus inter religiosas domus numerari hospitalia ab hospitib. piae excip.dis et tractandis sic dicta, quia pro hospitum varietate varia quoque nomina sortiuntur; alia non sunt Xenodochia, quib. peregrini, Alia Orphanotrophia, quib. orphani, Alia Nosocomia, quib. aegri excipiuntur. Haec et alia similia Episcopo loci subdita sunt, dummodo eius authoritate sint extructa, Ita c. 3. 4. de relig. dom. De quorum

admonere vide Trid. sess. 7. c. 15. sess. 22. c. 8. & sess. 25. c. 5. de reform.

De Immunitate Eccl.ca

Tit. XXIV.

Immunitas Eccl.ca est jus, quo loca, res aut personae Eccl.cae à cond. onerib., aut officijs Civilib. liberae sunt, et Triplex.

1.a localis, quae Ecclesijs, & alijs locis Eccl.cis competit.

2.a est realis, quae reb. seu bonis Eccl.cis tribuitur.

3.a personalis, quae Eccl.cis personis debetur. Haec vero iterum duplex est. Una quoad privil.m fori, quae Eccl.cis personis gaudet, ne ad saeculare forum trahi, aut in eo iudicari aut puniri possint. Altera quoad privil.m Canonis, quae ijsd. personis gaudet, ne citra gravem sacrilegium, à quoque caedi, vulnerari aut violentae manus in eas injici valeant, de quo ordine.

§. 1.

De Immunitate Locali.

Judex sit quid sit Immunitas Eccl.ca Localis!

Resp. est exemptio, quae Ecclesijs alijsque locis sacris tribuitur, ut ab onerib. & operib. eorund. liberae & repugnantib. immunes existant. Quae in his potissimum consistit, ne in ipsis negotiationes mundinarum vel saecularium iudiciorum strepitus exerceantur, iuxta c. decet. 2. de Immunit. Eccl. in 6. Videlicet, ne rei criminis ad talia loca confugiens per vim extrahi possit, circa quem Immunitatis localis defectum

Vel sanctitate

Quaer. 2.° qb. locis Sacris competat Immunitas, ita ut delinquentes per vim inde extrahi non possint!

Ad. oib. Ecclesiis et Sacellis quibuscunque, Epi. authe consecratis, aut et solum odo benedictis, vel alio nomine, v.g. erectione Crucis, aut Lapidis primi positione ad cultum Divinum destinatis. Amplia. 1.° hoc privilegio gaudent omnes Ecclesiae et oratoria Epi. authe constructa, licet necdum consecrata aut benedicta sint. Ampl. 2.° hoc privil.m extenditur et ad Ecclesias pollutas, interdictas et violatas, quia pollutio non tollit Immunitatem Ecclesiae, cum non plus operetur, quam ab Ecclesia prescribitur.

Amplia. 3.° extenditur et ad coemeterium Ecclesiae, nam papale trahit suum accessorium. Ampl. 4.° extenditur insuper ad domos Clericorum saecularium instar Religiosorum in communi viventium, item Seminaria puerorum etc:

Ampl. dum, apprehendens manu Ecclesiae portam, quamvis clausam, aut vectem, non est avellendus sum Sa. sicut neque apprehendens presbyterum deferentem SS. Eucharistiam, aut iuxta Ambellam ipsius incedens, ita Navar. c. 25. n. 18. Clarus q. 98. et quod dictum est de Ecclesiis, idem Jure statuitur de Monasteriis, Collegiis Religiosorum, cum toto ambitu Claustrali et viridario, quia totus ille locus est Sacer. Item hospitale Epi. authe fundato.

Quaer. 3.° Quinam gaudeant Immunitate Ecclesiae!

Ad. gaudent hac Immunitate omnes et soli Christiani, quotcumque excommunicati, interdicti, suspensi, omnes item banniti, proscripti, transfugae etc: Item omnes percussores vel occisores Clerici, dummodo non proditorie vel assassinii, Item adulteri etc:

Limita hanc Doctr. 1.° haeretici non gaudent hoc privilegio, si ipsi crimen haeresis ad Ecclesiam confugiant, non vero si ipsi alia crimina (iuxta probatiorem) asilum quaerunt. Ratio est. quia ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare, iuxta reg. 38. in 6. atque haeretici impugnant Ecclesiam.

Lim. 2.° pagani, Judaei, Turcae aliique infideles non baptizati, carent hoc privilegio, in l. 1. C. de his qui ad Eccl. confug. Abb. in c. inter alia. num. 6. de Immunit. Eccl.

Lim. 3.° Ab hac regula excluduntur et publici latrones et grassatores viarum. Ita textus expressus in cit. c. inter alia.

Lim. 4.° excluduntur hinc et populatores agrorum; nomine a populatoris agrorum illique ille —— qui diripit alienos agros, idem segetes, vineas &c. Lim. 5.° Immunitate hac privantur committentes homicidia, seu mutilationes in ipsis Ecclesiis, aut earum coemeteriis. Ita c. fin. de Immun. Ratio est. quia aequum non est, ut immunitate Ecclesiae fruatur, qui in Ecclesiam delinquit, iuxta cit. c. fin.

Nec refert 1.° quod is qui occidit vel mutilat, sit extra Ecclesiam, et iaculo traijciat existentem in illa, talis non vere dicitur homicidium in Ecclesia committere. Nec refert 2.° quod vulneratus moriatur extra Ecclesiam, dummodo vulnus lethale accepit in Ecclesia, quia delictum homicidij censetur cum aestimatione in Ecclesia commissum. Secus si extra Ecclesiam ab homine itidem extra existente vulneratus se recepisset in Ecclesiam, in eaque mortuus fuisset, quia ad privationem Immunitatis non tam attendendum ad locum, quam ad eum, in quo mortis necessaria causa applicatur.

Limita 6.° Non gaudet Immunitate qui per industriam ~~seu~~ ex insidijs seu proditorie occiderit proximum suum. Ita c. 1.

a homicidio; Ille vero proditoriè occidere dicitur, qui alium non tantum ex industria seu ex proposito enecat, sed qui amicitiam simulabat, cum eo quem occidit, seu qui hominem dolosè seducit, ut eum occidat, vel interficit nihil tale praevidentem, ~~tale~~ Ex quo fit, ut ille dicatur proditor, qui alterum veneno enecat.

si vero bis moneatur de proprietate, tunc vel putatio fit ante litis contestationem vel post: si ante, putatus institui debet, si moneatur post litis contestationem, putatio admittenda est, sed putatus pendente lite, non est instituendus. Ratio est, quia putatio est veluti fructus quidam, iuris patronatus, plus a. iuris ut b. f. possessor in fructib. ante litis contestationem, quam postea.

Q. 10.° Quib. modis ius patronatus transferatur. Respondeo modis, scil. successione, donatione, permutatione & venditione ursitis.

Successione hereditaria devolvitur ius patronatus tam ex testamento quam ab intestato non solum ad agnatos, sed etiam ad extraneos tam masculos quam feminos. Ratione gratuita; sed refert utrum donatio fiat pio seu religioso loco an alteri personae vel civitati. 1.° casu non requiritur Episcopi consensus; at vero in 2.° de ecclesia requiritur. Permutatione translatio est concessa, si fiat non re temporali, sed spirituali; ubi pari modo requiritur Episcopi consensus, si in laicum transferatur. Ratio horum est, quia iuris talis ne patronum deteriorem acquirat. Reliquis transfertur per accidens, una cum ursitate, quae alicui venditur, legatur, donatur etc. Nomine ursitis illigitur hereditas, castrum, villa etc. Nota igitur licet ius patronatus per se vendi nequeat, tamen per accidens vendi potest, nam in venditione alicuius commutatione rerum temporalium, quibus ius patronatus annexum est, nulla eius ratio habetur in aestimatione; nam si sapiens instituit rei temporalis valorem, aliquid daret & acciperet, ratione iuris patronatus ius spirituale per se emeret, quod simoniacum esset, quamvis ipsum dorent Gartius p. 5. c. 9. n. 35. Hi & plures modi ~~a iure~~ abalienandi ius

patronatus à iure patrono sunt concessi. Ratio est, quia ius patronatus gratia est, quod ultra praescriptos limites extendi non potest.

Deinde quaeritur, Quibus modis amittatur. Respondeo Ius patronatus amitti per destructionem Ecclesiae, sive iam studio destruatur, sive corruat. Alia ratio est, si aliquali restauratione indigeat, nam quod eam fuit, benefactores consentit non patroni.

Caput XIII.

De requisitis qualitib. eorum, quibus Beneficia Ecclesiastica conferuntur.

Octo qualitates in hoc capite enumerantur. 1.a est Aetas. Igitur in Episcopo requiruntur 30. anni, in Abbate & Curato 25. in promoto ad beneficia duplicia si non sunt annexa curam animarum, requiruntur 22. completi. in canonicis Ecclesiarum Cathedralium, cum omnes saltem subdiaconi esse debeant, anni 21. quos saltem incoasse debent. In Abbatissa 8.o et quavis Praeposita Regulari 40. anni, quae 8. annis professa sit ante, et si talis non reperiatur, tum decem eligere licet ex iis, quae 30. saltem excesserunt, et 5. annis professae sunt. In beneficiis simplicibus anni 14. ita sess. 23. c. 6.

2.a Qualitas est Clericatus s. prima tonsura, quae vitae est patrono absolute facta, si praetatus eo tempore, quo Episcopo exhibetur sit laicus. Nota tamen quod quaedam beneficia sunt sacerdotia, quae de iure consuetudine aut propria fundatione ordinem sacerdotalem requirunt, alia diaconalia, quae ordinem diaconatus exigunt, idque duob. modis vel aptitudine, vel actu ipso. et quidem iure communi nec non est instituendum

actu hre sacrum ordinem, quem Eccles. beneficium requirit, sed satis est si in-
tra annum iusto impedito cessante se promoveri fecerit.

3.a Est, ut provenerit ex leg.mo matrimonio sit natus, vel si hoc
non, ut sit dispensatus aut legitimatus. Nota hic 1.o Quod di-
spensatus à Papa ad ordines non censetur dispensatus ad beneficia, nisi etiam
adhuc accedat dispensatio Epi, qui deinde potest ad quas beneficia simplicia, et
Eccles. Cathedrali Canonicatum dispensare, non ad beneficia curata.

Nota 2.o Dispensatus ad beneficia simpliciter non censetur dispensatus
ad curata, neque ad dignitates & personatus, quae cum beneficiorum nomine non uni-
unt, neque ad Eccles. Cathedrali Canonicatum.

Nota 3.o Quod dispensatus ad officia quaecunque et dignitates,
non censetur dispensatus ad praelaturam, neque ad dignitatem in Eccla primaliter.
Nam eorum est, quae in beneficiis curatis, dignitatibus, et praelaturis maior ha-
bilitas requiritur.

Nota 4.o Hodie Rom. Curiae proprium est, ut cum illeg.mi
dispensetur ad obtinenda officia quaecunque praeter dignitates & Canonicatus
in Cathedrali Eccla, & primaliter in collegiata. Ita Garc. n. 71.
aliqui et dispensati et leg.mi à quibusdam beneficiis arcentur, scil. filii
presbyterorum, quod Vid. Sess. 25. c. 15. illeg.mi nati et naturales, qui ex Cleri-
catum ex fornicatione nati sunt, ubi eorum praeter beneficium aliquod Ecclesiae
habent, aut habuerint quodcunque et difficile beneficium obtinere non possunt.
Nam est, ut praeter ingenuitatem memoria à locis Reo consecratis, quam lon-
gissime arceantur. Hanc constitutionem

Limita 1.o Quod non habet locum in nepotibus quae appellatione
filiorum in materia penali non comprehendantur nepotes. Limita 2.o
Quod filii illeg.mi, non prohibentur ex devotione ministrare vel cele-

brare in Eccla ubi pr. beneficium est.

2°. prohibentur filii et leg.mi Clericorum pri in eod. beneficio immediate succedere, ne hereditaria successio videatur. idem sicut probatum illegitimum est et de nepotibus, quia nepos cum quoad iura successionis in locum pri succedat, instar filii reputatur. Haec a. constitutio non est illegitima de beneficiis in eadem Eccla diversis, pt. a. filius leg.mus in eadem Eccla cum pre obtinere beneficia, sed dicta. deinde pr. nullo iure prohibetur filio suo leg.mo seu illeg.mo mediate vel immediate succedere.

4.a Qualitas est Caelibatus, nam coniugatus ad Ecclesiam beneficia non admittitur, nisi castitatem voveat perpetuam, et qui vinculum virginem habuerit uxorem, unde Colligitur 1°. quod beneficiatus si matrimonium validè contrahat, ipso iure amittat beneficia; quia Clericus coniugatus beneficii possidendi incapax est, non a. si invalidè contrahat, unde talis pt. beneficia resignare in gratiam alterius, atque per iudicii sententiam privetur. Colligitur 2°. Quod contrahens sponsalia de futuro non perdat beneficia ipso facto, nec quod sine potestate parochi contrahit. Ratio est, quia talis sponsalia contrahere censetur. Porro sicuti matrimonio carnali, ita et spirituali sine religionis professione expressa vel tacita ipso iure vacant beneficia ad habita, tempore a. Nominatus reservari debent eisque nominatus non nisi intra duos menses professionem antecedentes renunciare pt. Ita Trid. sess. 25. c. 16.

5.a Qualitas est morum probitas. 6.a Literarum scientia, pro qualitate beneficii. 7.a Ut promovendus non sit irregularis. 8.a Ut sit eiusdem professus ordinis, cui regulare beneficium confertur. Trid. sess. 14. c. 16. vel secularis, cui beneficium seculare confertur.

§. 1°. Qualem intentionem debeat habere, qui ordinem aliquem suscipit.

Re duplici intentione dicitur quis potest. 1° de intentione perseverandi in statu Clericali. 2° de intentione suscipiendi sacros ordines, quos benefactum requirit.

Ad 1am questionem R. In eo qui beneficium simplex aut curatum accipit, sufficere voluntatem conditionalem perseverandi, et ad ordines ascendendi, nisi nova circumstantia s. causa mutandi voluntatem accesserit. Ratio est, quia ex una parte praecisus non dolosum animum adfert, cum vere habeat voluntatem perseverandi, quamvis conditionatam: ex altera parte talem conditionatam voluntatem non damnat Ecclesia.

Ad 2am R. Beneficium esse vel curatum vel non curatum, sed quod habeat annexam obligationem suscipiendi sacros ordines, v.g. Capellanias, Lacerdotes; vel denique beneficium absolute simplex. Si curatum est, et praecisus non habeat animum intra annum Lacerdotium suscipiendi, sed Ecclesiam parochialem dimittendi, ipse non solum mortaliter peccat, sed insuper et ad restitutionem fructuum perceptorum ante suam iudicii tenetur, licet beneficii titulum et perceptorum fructuum dominium percepit. Ratio est, quia Ecclesia beneficium curatum Clerico non dum Lacerdoti cum hoc onere conferre solet, ut obligatus sit intra annum Lacerdotium suscipere. Ita c. commissa de caetero de elect. in 6. Idem dicendum est de eo, qui beneficium non accipiti suscipit, utrum velit intra annum ad Lacerdotium ascendere, quia dubitans et fluctuans non habet intentionem suscipiendi, quo. Ac si quis intendebat a principio, sed postea mutata voluntate promotus fuit, quid de tali dicendum. R. non teneri ad restitutionem fructuum. Hoc verum putat gloss. de praecepti ante mutatam voluntatem, de aliis postea praecepti credit secus. Reinde si quis ab initio non intendebat promoveri, sed intra annum voluntatem suam correxit, de tali quaeritur, ut ad quid teneatur? R. non teneri ad restitutionem fructuum, quia fraus ab initio intentionem per subsequens propositum

purgatur. Deinde quia potest quoad dispensare poterit, ut pinsio ad be-
nefitium curatum tempore sacerdotii suscipiendi prorogetur. Item ad Sum.
Pont. proprie pertinere. Ergo et dispensare potest, ut promotus ad Ecclesiam
Parochialem constitutus Vicario septennium in studiis insumat, non intra
annum post tempus promotionis subdiaconus fiat. c. cum ex eo. de elect. in 6.

Si Beneficium non sit Curatum sed Ecclesiae annexum obligatione sacri
ordinis, tunc is qui illud suscipit cum intentione se habilem non efficiendi
peccat mortaliter, sed ad fructuum restitutionem non obligatur. Ratio prioris est,
quia in re magna fraus intervenit. Ratio posterioris, quia constitutio loquitur
de curatis duntaxat.

Si denique Beneficium simplex sit, tunc Rx. qui beneficium sim-
plex cui sacri ordinis obligatio annexa non est, cum intentione in Cleri-
cali quidem statu permanendi, sed ad ordines maiores non ascendendi, acci-
pit, is omni culpa vacat. Rx. 2°. Qui simplex beneficium cui nullus
ordo annexus est, eo animo accipit, ut fructus lucretur post tempus dimissurus
et ad statum saecularem rediturus, damnari non potest peccati mortalis. Ratio est
quia iura permittunt licentiam ad statum saecularem, et ad nuptias tran-
scendi. Negari tamen non potest quin talis susceptio aliquam perversionem contineat,
ratione cuius venialis saltem gravior culpa erit.

Caput XIV.

De Peccato aliisque incommodis oriri solitis ex provisione indigni.

Rx. 1°. Mortale peccatum esse Ecclesiam beneficium conferre in-
digno, si dignus haberi potest. Probatur tamen ex gravitate poenarum,

q̄ indignę collatio decretę sunt. c. in cunctis de elect. c. grave nimis de praebend. Tum ex incommodis q̄ in Eccl̄ accidere Eccl̄ solent. Ut

Observa qualitates superiori capite enumeratas adeo in promissione requisitas esse, ut si earum aliqua desit, promissio non solum illicita, sed etiam ipso iure irrita sit.

Rx 2º. Invalide promissus tenetur in foro conscientiae non Judicis sententiam beneficium resignare, cum nullum in beneficio ius habeat. Excipe, Nisi titulus ei revalidetur per novam legitimam institutionem praecedente absolutione vel dispensatione, si canonicum impedimentum habet, Ut

Infertur 1º. Quod sublato impedimento ordinarius collator beneficium iterum conferre potest personae habili effectae. Infertur 2º. Quod si collatio ad inferiorem pertineat, et superior in impedimento dispenset, titulus collationis, q̄ ipso iure irrita erat, non revalidetur absque consensu eius, ad quem collatio pertinet. Ita Abb. in c. innotuit n. 11. de elect. nisi defectus (ut alii volunt) per dispensationem sublatus fuerit occultus. quo casu titulum revalidari volunt, ita ut promissus in conscientia sit tutus. Infertur 3º. Quod invalide promissus interim administratione beneficii sedem propriam personam abstinere debeat, ne vitium intrusionis incurrat, ob quod demum inhabilis fiat ad beneficium illud, Abb. cap. cum in dubio n. 3. de praebend.

Rx 3º. Quod invalide promissus teneatur beneficii fructus Ecclesiae restituere vel successori relinquere. Sumitur ex c. dilecto filio in fine de praebend. Hanc conclusionem

Limita 1º. Si beneficium vel per se vel per alium administravit, potest cum confessarii consensu retinere fructus ad vitae sustentationem necessarios. 2º. Si titulus beneficii revalidetur, recuperantur fructus

si Eccles. consuetudo sit, ut vacantis beneficii fructus successori relinquantur. 3.° Si impedimentum ignorans b. f. fructus percepit, non tenetur postea restituere nisi extantes, et quatenus factus est locupletior, quoniam et eorum ipsorum fructuum dominium usucapione triennali acquirere possit. imo si triennii tempore pacifice ac b. f. cum titulo colorato beneficium possideat plenum in eo ius acquirit. Ita Lessius l. 2. c. 6. d. 10. in fine.

De Institutione digni praetermisso digniore.

R. Illicitum esse conferre beneficium digno praetermisso digniore, quoniam collatio subsistit. Ratio posterioris est evidens. Ratio prioris est, quia id cedit in detrimentum Ecclesiae, tum quia committitur peccatum acceptionis personarum consistit a. Ex peccatum in eo quod aliquis vel iure dicendo, vel in bonorum aut honorum distributione non attendit ad causam sed personam, sive qualitatem aliquam personae, quae v.g. consanguineus, vel amicus est etc. 2.° Ad hoc peccatum necessarium est, ut res uni potius quam alteri debeatur, qualicunque debito.

Notandum 1.° Quod personae qualitas non absolute spectanda sit, sed cum ordine ad Ecclesiae commodum. Hinc doctior sabium sanctioris praeferendus est, et ejus. 2.° Si in fundatione statuto et Ecclesiae requiritur ut beneficia certo personarum genere ex tali nobilitate, familia, patria etc. conferantur, ita observandum est, dummodo idonei adsint. Hinc patronus laicus ex speciali favore, ratione fundationis ipsi concesso obligatur suae satisfacit si non dignum praesentet. 3.° Iure statutum est, ut ad praelaturam non eligatur, nisi qui est de Ecclesiae gremio, quia talis magis diligit Ecclesiam in qua est nutritus. Hinc Episcopus, Sum. Pont. etc. non potest reprehendi, quia magis consanguineos suos promoveant, quam alios, quia ipsi magis obligati sunt

ad beneficia; tum etiam quia magis fideles praesumuntur.

Quaeritur cum quale peccatum sit dignum praeferre dignioris?

Resp. 1°. In beneficiis curatis et dignitatibus est peccatum mortale. Ratio est, quia est in bonum statum, et regimen Ecclesiae dignum praeferre dignioris, cum ea re Ecclesiae magnum commodum decedat, quia tum electores et collatores beneficiorum promovere magis quam alii tenentur. Item potest venialiter peccari, si respectus habetur ad ipsos promovendos. Ratio est, quia iustitia distributiva nonnihil violatur, cum beneficia saltem secundario ob commodum eorum, qui de Ecclesia bene merentur, instituta sint. Resp. 2°. In aliis simplicibus non videtur esse peccatum mortale, praetermittere dignioris, dummodo qui instituitur dignus est, quia Ecclesia plerumque non magnum inde detrimentum capit. Resp. 3°. Oportet et peccari, potest si officia saecularia conferantur indignis aut minus idoneis, cum respubl. exinde gravem nocumentum accipere soleat.

De iis qui praelaturam aliquam ambiunt.

R. Praelaturam appetere primaliter propter Dei honorem et salutem animarum promovendam, sicut vero propter bona temporalia ei annexa non est illicitum, modo tamen conditiones adsint. 1°. Ut qui praelaturam appetit ea dignus sit. 2°. Ut alius non adsit ad regendum magis idoneus. 3°. Ut sine scandalo, illicita largitione, donatione non appetat. Ut altera assertio pars probetur.

Praesciendum est, 3. modis praelaturam appeti posse. 1° primaliter propter honores, commoda et tanquam finem operis, ut hoc referat Epatum ad temporalia tanquam finem eius, et talis affectio est cum peccato mortali. 2°. appeti potest propter temporalia, tanquam finem operantis, commodi fieri est, qui, et cum

expiat seu movet hoc ad appetendum aliquem non appetiturum, et est potius veniale. 3°. appeti potest primum propter Rei gloriam, et salutem animarum, tanquam finem operis et operantis, concomitantem tamen propter Episcopalia, ita ut tanto ferventius praelaturam appetat, et libentius acceptet. Et hoc affectio sine culpa est, quia S. Thom. 2. 2. q. 185. a. 1. est multum afficiatur ad istam doctrinam, ubi dicit 1°. Episcopatum propter celsitudinem vel honorem, aut divitias appetere illicitum esse, quia ad ambitionem et inordinatam cupiditatem spectat. 2°. Appetere praelaturam et boni fieri praetextu, videl. ut Ecclesiae prosis, videtur praesumptuosum, quia videl. Eo nimium de suis viribus confidat, atque ergo celsitudine gradus, honoris et inordinate affectus sit. Addit tamen idem S. Bart. extra casum necessitatis et legitimae vocationis, quibus verbis insinuat, interdum esse licitum esse praelaturam appetere.

Utrum aliquis ad praelaturam cogi possit.

Resp. 1°. Fieri potest ut aliquis in casu necessitatis, vel magnae utilitatis iure naturali et divino obligetur ad praelaturam acceptandam. Resp. 2°. Qui habilis est ad praelaturam si renitatur, compelli potest praecepto sui superioris, at 3°. Episcopatus a solo Papa imperari potest. Hinc praelatus ordinis religiosi suo praecipere non potest, ut Episcopatum acceptet, quia praelatus ea solum subdito praecipere potest quae ad regulam pertinent, Episcopatus a. potius subducit subditum a regula. Resp. 3°. Episcopus unius Ecclesiae, plurimis cogi potest a Papa ad acceptandum alterius Ecclesiae Episcopatum. Imo Episcopatus vocat per translationem a Papa decretam et confirmatam ad translati acceptationem.

Caput XV.

De numero Canonicorum, aliorumque Conventualium augendo vel minuendo.

Praesciendum est, quod numerus Canonicorum, Monachorum aut monialium alius sit determinatus, alius indeterminatus. Resp. igitur 1.° Si numerus non est determinatus, tot institui vel suscipi debent, quot ex Ecclesiae redditibus commodè sustentari possunt. ita cum c. Cum M. de constit. et c. 1. de instit. et non plures. Ita Trid. sess. 25. c. 4. de regul. Resp. 2.° Si numerus Canonicorum statuto determinatus est, tunc distinguendum est, vel adesse sufficientes redditus, pro numero destinato, vel non sufficientes. Reiectis redditus vel multum augeri vel parum. Si igitur augmentum redditum multum augeatur, tunc et numerus augeri debet, sin vero modicum sit augmentum, non debet augeri, sed redditus accrescunt mensae capitulari, si bona communia possidentur in fine omnium inter Canonicos dividendi, vel accrescunt propriis beneficiatis, si praebendae sint distinctae. Si vero non sint sufficientes tanto Canonicorum vel Monachorum pro numero sustentando numerus imminui debet, non obstante confirmatione Papae, cum confirmatio Papae illigatur, si res in eodem statu permaneat, quemadmodum in Ecclesiae dedecus tendit, si Clerici se ex redditibus alere non possint. Ex his

Notum 1.° quod Episcopus pro Ecclesiae utilitate beneficia patronata imminuere, vel supprimere possit et invito patrono. 2.° Si redditus unius praebendae abundantiores sint, quod Episcopus possit cum Capitulo in subtrahere ad supplendum defectum alterius praebendae. Hic a. subtractio debet fieri vacante beneficio, tunc a. et alia onera Ecclesiae vacanti praebendae imponi possunt. 3.° Plurimum refert, utrum numerus Canonicorum ipsis Ecclesiis in quibus praebendae distinctae non sunt statuto aliquo determinatus sit, nec ne. Quod si numerus determinatus non est, non vacat canonicatus alicuius morte, neque devolutio fit ad superiorem. Nec refert, etsi longo tempore consuetudo fuerit, tot Canonicos

vel Monachos suscipiendi, quod quidem consistere in actibus mere voluntatis
indicit leges. Si a. unius Canonicorum statuto determinatus est, cum
vacat Canonicatus morte beneficiati, et devolutio fieret ad superiorem,
nisi ab ordinario provideretur.

Caput XVI.

Quibus modis beneficia amittantur et vacent.

Resp. Quantum modis beneficia posse vacare. 1°. Per mortem
naturalem beneficiati, nec tamen est, ut tenuerit ius in re, et ad rem, puta ut
in beneficio electivo per legitimam electionem confirmatus sit, vel ut
collatum beneficium acceptatum sit. 2°. Vacat iuris dispositione decer-
nentis ipso facto beneficium vacare, atque ab altero impetrari posse
ut si beneficiatus aliud incompatibile accepit. Si matrimonium contraxit, si reli-
gionem professus. Si crimen patravit, ob quod primo beneficio ipso facto
incurritur, quamvis est tunc sit opus sententia declaratoria criminis
c. cum in cunctis de elect. c. de multa de prebend. 3°. Amittitur
per iudicium sententiam ob crimen cui talis poena inferenda est a iure decreta
videl. in homicidam c. Clerici. ne Clerici vel monachi etc.

Discrimina duo inter primum beneficium ipso iure latum, et eam
quae per iudicium sententiam inferenda est a Rdo. assignantur. 1m est, si poe-
na primum ipso iure ficta est, sententia condemnatoria iudicis re-
trotrahitur ad diem commissi criminis, atque non solum omnes fructus ex beneficiis
ab illo tempore percepti auferuntur, sed et beneficiorum commutatio vel re-
signatio in favorem tertii post criminis admissionem facta rescinditur;
at 2°. si beneficium vacare debeat per sententiam a iudice ferendam,
neque fructus percepti ante condemnationem obsecii neque resignatio, aut
commutatio beneficii ab eodem facta rescindi potest.

2.° Discrimen est, si beneficium ob crimen ipso iure alicui adimatur, illud est an declaratoria sententia cum tamen iure vacans impetrari et criminoso non vocato conferri potest, quoad titulum, non item quoad possessionem. In iudicio vero casu non potest impetrari aut conferri, atque privatio sententia in criminosum feratur.

4.° Vacat beneficium per liberam renunciationem, quae defert: Spontanea proprii beneficii dimissio facta coram legitimo superiore id acceptante. Ar. spontanea, quae metu extorta sunt et dolo elicita, irrita est. Ar. coram legitimo superiore s.e. ad quem beneficii collatio de iure spectat. Ar. id acceptante. Hic requiritur consensus superioris, qui non nisi iusta causa suadente renunciationem admittere debet; sin a. iusta renunciationis causa suadens renunciationem adsit, tunc is ad quem pertinet eam admittere, si malitiose recuset, a superiore cogi potest. Imo ad religionem solum petita quamvis non obtecta licentia quis transire potest. Porro licet renunciatio beneficii coram alio quam legitimo superiore facta, non valeat ex parte Ecclesiae, valet tamen ex parte renuntiantis, si superior eam ratam habere velit. Ad maiorem illam horum

Sciendum est, quod Eplex sit Renunciatio, Expressa et tacita. Prior verbis expressis fit. Haec facto aliquo renunciationem significante, ut si beneficiatus matrimonium ignorat, militiae nomen det etc.

Expressa iterum Eplex est, una pura, quae fit sine ulla conditione et pacto. Altera conditionalis. Huius duae species sunt. Una quae fit in favorem certae personae, i. ut cum conditione ut personae nominatae conferatur, cum resignatio in favorem coram Episcopo et aliis ordinariis excepto Papa fieri non potest. Ratio est, ne beneficium spe

aliquam hereditariae successionem augeant. Ita gl. in c. ex parte 1.
de off. leg. Altera ipsa resignatio conditionalis est, quae fit causa
permutationis, cum duo beneficiati unum vel plura sua beneficia Papae non reser-
vata in manu ordinarii sui resignant, ea conditione, ut postea vi-
cissim alteri alterius beneficium conferatur. Cum resignatio causa per-
mutationis facta, Episcopus aliunde quamvis Episcopali iurisdictione praeditus prae-
latus ob causam Ecclesiae proprium admittere potest. imo interdum si
necessitas postulet, motu proprio instituere debet vacatis iis quo-
rum interest, et ita vero praelatus inferior et Episcopo subiectus permutationem
recipere potest, tametsi collatio beneficiorum permutandorum ad ipsum proprio
iure spectet. gl. in Clem. 2. conferantur. Sed in hoc re Eccla-
rum consuetudo spectanda est. Porro necessarium est ad permutationem

1° ut utrique habeat ius proprium. 2° ut utrique habeat ius reale
pacificum quod permutat, licet possessionem eius nactus non sit. Hinc
cum Ordinarii consensu permutari non potest ius, quod aliquis habet ratione expecta-
tivae vel praesentationis cum beneficio alterius, quod beneficiorum quaesitorum,
non quaerendorum permutatio permittitur.

Quaeres hic, quod beneficium suum resignare possint, coram eo, quod
recipiendi potestatem habet. Resp. 1° Ordinarie omnes beneficiati ob instantem causam
resignare possunt, licet resignationes Episcoporum difficilius recipiantur ut ipsi.
Resp. 2° Etiam is qui aliquid crimen commisit, ob quod beneficio primum
dignus est, primum sententia primum feratur valide renuntiat. Resp. 3°
Etiam is qui crimen commisit ob quod et ipso iure beneficii primum incur-
rit, indicio valide renuntiat in favorem alterius vel causa permutationis
licet ea postea per iudicii sententiam rescindi possit, prius ac si facta
renuntiatio non fuisset. at vero Parochus qui toto anno sacerdotium
suscipere neglexit commutare illud non potest, quod tunc Parochiam di-
mittere tenetur, potest tamen Parochiam permutare ante finem anni,

cum adhuc ipsi in beneficio obtinet. Ex denique si constitutus in infirmitate beneficium suum in ordinarii manu resignavit, & intra ro. dies sequentes, ea infirmitate mortuus fuerit, beneficium per resignationem, sed per mortem beneficiati vacare censetur. Vide Lagn. c. 17. l. 3. tr. de benef. circa finem.

Caput ultimum. De Beneficiis.

Q. 1°. Quid sit pensio. Est certa portio ex alieno beneficio ad tempus iusta causa detracta: differt a beneficio in duobus, 1° quod pensio quae sit quidem iuris beneficialium reditum. 2°. Beneficium materia sua est perpetuum, pensio a. ad tempus constituta.

Q. 2°. Quotuplex sit pensio. Respondeo triplicem. laicam & clericalem. Laica seu temporalis est, quae laico ob temporalem aliquam causam constituitur, v.g. editur, cantori etc. Clericalis est, quae in solos clericos cadit. quae iterum triplex est, una simpliciter spiritualis, quae clerico ob spirituale ministerium datur, v.g. cancionatori, vicario Parochi etc.

Altera media seu mixta, quae in clericali quidem statu fundatur, tamen est propter spirituale ministerium confertur, sed ob aliam causam vel lucrosam, ut quae clerico pauperi vel Parocho seu loco alimentorum assignatur, vel ob causam onerosam, ut quae aliquis lite beneficiaria cedit, vel quae beneficium alteri resignat, servata sibi cum ipsa antea pensione.

Porro inter personas laicam & clericalem maximum discrimen esse dignoscitur, quod laica indul ferme cum Eccl. beneficio esse Eccl. Clericalis a. cum eo multum convenit 1°. Annexum est iuri spirituali vel est ipsum ius spirituale. 2°. Statum clericalem requirit. 3°. ferme eisdem modis, quibus beneficium amittitur. Hinc talis pensio,

nec emi nec vendi potest, sed gratis reinitti debet. Nam objectum mutuum vel religiosis professis, ipsi vere Deum sunt Beneficia. Nam pertinet tempus clericali annexa et obligata reintradi officio Ob. Vig. et hoc effectus et Ubi recepta.

L. 3°. Quibus personis Beneficia conferre possit. Ad quem Pont. tales ptes obiectas ius simpliciter spectare.

Ad 2°. Ego ordinario licitum et ea Beneficia conferre posse. Sine Ego religiosis Beneficia in favorem alterius ~~Beneficia~~ personae designare et ei uire eis. Quam in calib. spiritalib. ac reservis, Ex. ~~et~~ ~~ut~~ ~~ptate~~, Nam religiosis ~~aliqua~~ obstitit, ipsi personae, aut loca, quando Ruthy in quantum beneficiorum, adhuc hodie Ego spectat personae Beneficia conferre Equales, et a. spectant. Nam ob institutum reuitti vel Utilitatis cuius ~~et~~ Ego ea ~~effectu~~ capto sua cuere, et ps aliqua redditus Beneficiorum ad certos Usus sunt, Ex. Euter, subiunt applicet. Verum hi tria

Nota 1°. Quod ~~qualitas~~ ~~est~~ patronus ~~ecclesiae~~ ~~regere~~, si Beneficia patronatus sit. Ad 2°, ~~ep~~ patronus si praesentare ~~subiectum~~ ~~indecorum~~ ~~sit~~, ~~unpaliq~~ eum removere potest. Ad 3° Ego praesentare ~~Ad~~ debet ad Beneficia collata, ad ~~si~~ ea fuerit in ipsa collatione reservata ~~et~~ ~~ecclesia~~ Beneficiali punctum 3 partium symmetriae, quod ex tali subtractione fructuum, Utilitas, aliqua directe vel indirecte in ea redundat. 3° Posteaq" cum subtractio fructuum effecerit Beneficium sine diminutione ~~ecclesiae~~ debeat.

L. 4°. Quarta praesentatio designari debeat. Ad quaerere ea ea ordinata, et tu ~~unum~~ Beneficiatus, qui ~~unde~~ se pastere, ~~et~~ ~~ad~~ ~~ea~~ ~~g.~~ pauper, et Inquilinitati eius ~~pegrinis~~ ~~ep~~ arcere. Ita Jura Ecclesiae solvere possit.

Q. denique utrum pensionarius pro ratione pensionis suae, obligatus sit ad praestandum subsidium charitativum; item collectas cum ordinarias tum extraordinarias, quae ob necessitatem publicam exigunt?

Rx 1.° Sensum in casu pensionarium obligari, quod quis sentit commodum sentire debet &c. Rx 2.° Pensiones frequentissime designantur liberae & exemptae ab omni praestatione; idque partim ex consuetudine curiae Rom. partim vero ex voluntate ordinarii ipsumque tituloris s. rectoris pensionem tali modo designantium: siquidem eo minus pensio designari potest, quod onera praestationum solum pene rectorem eam tenent. Atque haec de materia beneficiaria brevit.

Tit. XXXII.

De reb. Eccl. non alienandis.

Quia res Eccl. propriae ipsius Eccl. sunt, in eius usum et ministerium dedicantur; idcirco disertè à SS. Conciliis cautum est, ne illae à Clericis et à Sum. Pont. vel aliis quibuscunque alienari, hoc est dominium earum in alium transferre possint. Ita per totum tit. expt. et in 6. et in Clem. de reb. Eccl. c. 1. et 12. q. 2. Quid a. nomine alienationis illigatur, seqq. quaestionibus decidemus.

Q. 1.° Quid nomine alienationis illigatur? Rx in hoc materia solum illigi venditionem, permutationem et donationem, sed et feudum, emphyteusin, et locationem in longum tempus, quibus rei usufructus s. dominium utile transfertur. ita c. nulli liceat 3. c. 5. Praeterea hic quaeritur, quia constitutio pignoris aut hypothecae specialis, sive item generalis, ut colligitur ex cit. c. nulli. quia per generalem hypothecam non tantum in rem cum periculo eam alienandi transfertur, quam per specialem. ita cit. c. nulli.

Theses de Electione Can.ca

Electio in genere est ex ipsa rei natura, et ex multis placentib. in ordine ad finem Unig. praeceptio; Specificè a. est Can.ca angusta, et Personae idoneae ad Eclesias Vacantes particulares dignitem Can.ca vocao. Et q.a tam tam in Ecclesiis, quam in ord. religs Juris Can.ci particib. extat proprius ac distinctus titulus de Elect. et elect. pte inscriptus. Quae a. in eo titulo statuta sunt, ad quat. pot. capita reducuntur. 1.o quinam possint eligere. 2.o qui eligi. 3.o qs eleci debeant ritus observare. 4.o q sint eleci vitia.

De ijs, qui possunt eligere!

Th. 1.a

Eleci nam duba in ecclesiis est, et pecci Collegia s. Congregationes. Collegium a. constituunt ex pluribus minimum 3b. Quod si unus moriatur, aut à Societate abeat, manet Collegium, sed quodamodo imperfectum. Sin a. Unus solus remaneat, non erit Collegium actu, Jus tamen Collegij in ipso persistet, donec alij accesserint. Si est o Collegio vel virtute moriantur, in eligendi et similia Jura ac privilegia perenni, si per se conecta sunt cum Collegio vel Congregatione. Secus a. est, si conexa sint in ordine ad bona, et realib. potius, quam personalib. Juribus annumeranda sint.

Th. 2.a

Sed q. est, nunquis et, q de Collegio non est, in eligendi jure competere? Ad. pte per constitutiones legitimas. Scriptam. Tale a. in Scriptis non pnt, ni soli Clerici, nam laici Juris istius sunt incapaces et: ni forte ex privilegio Sed. Apl.ca munitis, aut talem consuetudinem fama auctoritate privilegij non bona fide, et temporis immemorialis decursu eligendi Jus sibi vindicarent. q.o tum casu talis non agnosci antiquissima assumlari, ex potius Apl.ca.

Th. 3.a

Porro inter ipsos, qui de Collegio sunt, ab electione repellunt, qui certum Eccl.ae violati sunt, 1.o qui excommunicati, quam. maiori; Minor a. (mixta non) nil impedit. 2.o suspensi, ab officio; Ab officio (inquam) non suspensio à beneficio cum pertinet tum à percipiendis fructib. inter eos a. in eligendi non numeretur, ab electione et non impedit. Quod a. tam de excommunicatis, quam et suspensis hic loco tenendum est tum de publicè denunciatis, seu notoriis, et item de alijs. 3.o dicis personaliter impeditis, imò et interdictum locale aut personale violantes. 4.o his accensendi sunt degradati.

Vs. 4.a

Praeterea ab electione sectina s. iure eligendi arcuit Ampliores. Jms in Cathedralib. vs Collegiatis Ecclesijs, quoniam non nisi in ordine Subdiaconatus capitulari eligere poterant, vt electores rr. etatis annum attigerint. In regularib. a. Ecclesijs s. Monasterijs electores steerant vel saltem professi esse et professi, regr vt saltem 16. etatis annum expleverint. In modo dictis monasterijs excludunt et ij, quos Fratres, s. Conversos Laicos vocamus, ne forte vel ex relaxatione gratiae aut privilegio, vel certe, statuto ordinis admitterentur.

Vs. 5.a

Deinde aliqui, aut ex solum capitum, arcetur ab electione, vt separata, aut in perpetuum, sed ad vnum duntaxat actum, vel ad certum tempus; idque ob aliquam culpam aut errorem admissum. Tales sunt 1.o si qui non eligent, intra tempus à Jure praescriptum, id est, infra 3. menses in Ecclesia Cathedrali aut regulari. 2.o qui eligunt per abusum saecularibus ptis admissis. hi n. cum per 3.m sint suspendendi ab officijs et beneficijs, durante tempore suspensionis eligere non possunt. hac tamen prima duntaxat eligendi non est lata sententia, sed ferenda. 3.o qui sciente indignum eligunt.

De Electo, vt eius qualitat.

Vs. 6.a

Decens eio vt gravior est, vt vnus ex vacantibus Ecclesiae gremio ad praelaturam assumatur, si adsit idoneus. quare innitur Capitularib. alij tunc obtinendi non sint, si forte iure suo cedere velint, vt alioqui personam idoneam assumere. Non g. quaevis persona eligi potest, sed ea duntaxat, quam Jura, velut inhabilem vt indignum, non respuunt. — Respuunt a. 1.o eos qui cal.is crimijs vt irretiti, vid. excom. excom. maior suspensi item, s. à beneficio s. ab officio; qui dictum dicunt interdicto personali, vt violantes interdictum locale aut personale.

Vs. 7.a

2.o repellunt sinoria labe infectum, si omnes progressus sit, vt simoniam ipso opere, datione scil. vel receptione complenerit. 3.o infamem, infamia s. iuris, s. vt (vt quidam Doctores continent.) facti, tunc scil. qui criminosus, seu infamia facti notatus in crimine publice non emendato haeret. vt a. Vl. 2 C. de dignit. lib. vi. Autiuter, famosi vt notati vt quos scilicet vita turpi

tudo

tudo inquinat, & quos infamia ab honestorum coetu segregat, dignitatis portae debent patere.

Th. 8.

4.° Repellunt et ij, qui alijs defectib. et ex parte ipsorum, et non culpabilibus sunt impliciti. Ut si quis non habeat debitam aetatem, si non sit legitime natus, si non habeat sufficientem litteraturam, si laboret aliquo impedito irregularitatis. Si electus in regulare praelatum, non sit in ea religione professus, si electus iam semel sit reprobatus ob vitium aliquod personae.

Th. 9.a

Quotiescunque quispiam ex indignis, trib. proxime superiorib. thesib. recensitis, electus fuerit, electio ipso iure nulla & irrita erit. Sed si eligatur excommunicatus excom. min. electio non est irrita, sed irritanda. Similiter si pactio simoniaca in electione intueriens, opere completa non fuisset, electio irrita non foret, sed a superiore irritari posset.

De Forma Electionis.

Th. 10.

Triplex est electionis forma, per Scrutinium, Compromissum & Inspirationem. Per Scrutinium fit electio, cum praesentib. omnib. qui debent, volunt, ac possunt, commode intrare, tres de Collegio fide digni assumuntur, qui secrete & sigillatim vota & suffragia cunctorum diligenter exquirunt, ea in scripturam redigunt, & collatione numeri ad numerum, zelo ad zelum, meriti ad meritum habita, eum demum electum pronunciant, in quem omnes vel maior & sanior pars collegij consensit.

Th. 11.a

Quod si suffragia ita dividantur, ut hinc quidem eligentium pars maior consistat, illinc minor, sed quae non minus authentice suffragantium, quam meritis electi sanior appareat, ad infirmandam electionem maioris partis minori facultas concedatur quantum tum locum habet, cum non magnus in altera parte contigit excessus. Alioquin duab. electionib. factis pars una eligentium alterum numero duplo superaret, contra 3mos electores ad extenuanda merita, vel authentem ipsorum infirmandam paucioribus vel electo facultas opponendi se non est. Nisi obijciatur quod electio sit ipso iure irrita, vel ob inhabilitatem electi, v.g. excommunicati, vel ob defectum formae substantiae, non servatae.

Th. 12.a

Th. 12ª

Caeterum q̃ th. 10. et collatione numeri ad numerum &c: diximus, n̄ in oib. eleoib. necessario observanda est, sigdem in gbusdam Eccliis, praesert. ordinum, n̄ alia collatio fieri solet, nisi numeri ad numerum, cum ob perfectam probitatem eligentium, eorumq; iuramentum dubitari n̄ liceat, cum, qui à maiori parte electus est, vere idoneus esse. Th. 13ª

Fra elig.di per Compromissum est, qn oes è Capto ptem elig.di platum alijs idoneis viris committunt, et gb. spes sit, q Ecclie vacanti bonum pastorem provisuri sint. Nec obstat — 1º an tales eligantur ex gremio Capti, an aliunde, dummodo Clerici sint, q. ad hoc munus assumuntur, qa Laici Eccl.ca negotia tractare n̄ debent. Nec obstat 2º an in plures s. in unum compromittantur. Nec obstat. 3º an, si in plures compromittitur, compromissum fiat in personas pares numero, vel impares, commodius tn fieri solet in numerum imparem.

Th. 14ª

Fieri a. pt compromissum duob. modis, absolutè et limitatè. Si absolutè fiat, certum oes elig.di ptas in compromissarios translata, ita ut quemcunq; idoneum, etsi ex gremio Ecclie n̄ sit, eligere possint, dummodo capax & idoneus sit. Limitatè a. fit, qn v.g. unus ex Capltib. eligitur, in quem secretò exquisitis voltib. singulorum Capltrium, maior & sanior eorum pars consenserit.

Th. 15ª

Non vero valet compromissum eâ fra, ut exquisitis voltib. singulorum, is eligatur, in quem pars maior n̄ simplr, sz aliarum partium comparatione, consenserit. qa id coe est oi eleoi Can.ca, tametsi scm fram scrutinij n̄ fiat, imò oi decreto, q à Collegio seu à Capto, procedit, ut pars maior totius congregati corporis gsentire debeat. Eleo per Inspirationem fit, cum electores nullâ praeced. consultatione, quasi divini spiritus impulsu excitati, simul oes in unum gsentiunt, ac omnium è capto vota in unum conspirant.

De Vitijs —

De Vitijs Electionis.

Th. 16a.

Nisi conditiones hact. enumeratae diligenter observentur, electio vitiatur, ita ut vel ipso iure sit nulla, vel certè per sententiam superioris irritari possit. Unde ipso iure irrita est — 1o. quando fit post lapsum temporis iure statuti, quo casu electio non sustinetur, nisi de patientia superioris, cuius est confirmare illam. Porrò pro huius th. illustratione — Notandum est, iure statutum esse, ut ad Ecclesias Cathedrales ac regulares intra trium mensium spatium nova Pastoris electio fiat. Aliae a. Praelaturae, dignitates, et beneficia Eccl.ca intra sex menses conferantur, alioquin ius providendi devolvatur ad proximum superiorem, qui habet potestatem confirmandi Electum.

Th. 17a.

2o. electio ipso iure irritatur, quae peracta est per vim, et abusum saecularis potestatis. Dicitur a. electio celebrata per abusum potestatis saecularis, si laicus cum authoritate se immisceat electioni, ita ut libertatem s. Clericorum, s. regularium, ad quos proprie electio spectat, quomodocunque impediat. Porrò electio per abusum saecularis potestatis celebrata, ex alio quoque capite irrita esse potest, si videl. electus consensum dare, seu electionem quat. à laicis perfecta est, acceptare praesumpserit.

Th. 18a.

3o. electio contrahit vitium invalidans, saepè ab ipsismet Electoribus, si n. pauciores, quàm duae partes conveniant ad eligendum, posito quod plures adesse possint, irritus censeri debet eorum tractatus, atque secuta electio. Imo et casu quo duae partes Capitulum ad eligendum gererunt, si unus et plures contempti fuerint, (id est, non vocati, cum debuerint ac potuerint vocari) non quidem ipso iure invalidatur electio, sed contempti agere possunt, ut rescindatur, maxime si illam Ecclesiae non utilem fore arbitrarentur. Aliàs ob bonum pacis consentire, et electionem pro rata agnoscere possunt.

Th. 19a.

4o. et ipso iure irrita est, si Capitulares impuberes sint, vel puberes quidem,

sed aut

sed aut non legitimae aetatis, aut in ordine ad à Jure requisito non constitut

5.° si in censura excommunicationis maioris, suspensionis ab officio, interdicti per eligunt; 6.° si sint irregulares. At quid! si tamen unus vel duo sint beres, non aetatis debitae, excommunicati, suspensi, interdicti, aut irregulares? A ijs privatis tota vis Capitulis, in reliquis censurâ non notatis, residet, plano Jure eligere possunt.

Th. 20.ª

7.° Invalida est ex parte Personae, sicut eligatur indigna; Indigna a. censetur, cum excommunicatus, suspensus, interdictus, irregularis, infamis, illiteratus, sy cus, illegitimus, clericus non celebs, legitimâ aetate destitutus, vel alio iure communi probato Laborans, ad praeturam per electionem assumatur. Siquidem tamen electus nullum Jus agrit ad electionem prosequendam.

Th. 21.ª

Si denique gravis difficultas inter AA. vertitur, annè ipso iure irrita electio, quae fit forma scrutinij non observatâ? Affirmant aliqui communiter, ex ea, c. quia propter. 42. de Elect. (alter electio non valeat.) — Verum sententia verior esse videtur, quia ex ea illa (alter electio non valeat.) illegi debent, electio non quidem ipso iure irritam esse, sed tamen ita vitiosam, ut à superiore rescindi, proinde acsi ab initio irrita fuisset. Aliquando vero si non rescindatur, quia est, qui eam impugnet, electio firma manet, et electus in gratia tutus ex naturalis obligatio orta ex consensu eligentium subsistat. Quare electus defendere se potest regulâ Cancellariae, et triennali possessore, id est post 3.um à die possessionis agritae, molestari amplius non debeat.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

118

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

118

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

restauriert Juli 1974, Kr
Bl. 118 umgedreht (r u. v vertauscht)

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

restaurir 14, Kr
Bl. 11 (r u. v vertauscht)

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST